IOAN. BERTACHINI FIRMANI
I. V. D. præstantiss.

REPERTORIVM,

OLIM QVIDEM
IO. THIERRY LINGONENSIS
IVRIVM INTERPRETIS CLArissimi opera locupletatum:

NVPER ETIAM
AEMILII MARIAE MANOLESSI I. V. D. excellentiss. studio magna parte auctum:

NVNC VERO
ab innumeris erroribus atque mendis doctiss. uirorum industria & labore ita repurgatum, ut iam nihil ferè in eo magnoperè Studiosi desiderare possint.

QVARTA PARS.



BASILEAE
APVD AMBROSIVM ET AVRELIVM
FROBENIOS FRATRES.
M D LXXIII.

TABVLA VOCABVLORVM, QVAE IN HAC QVARTA PARTE REPERTORII DO. IOANNIS BERTACHINI continentur.

Finis Tabulæ quartæ Partis.

REPER-

REPERTORIVM DO- IOAN. BERTACHINI FIRMANI,

Iuris utriusq; Doctoris præstantissimi, olim auctum opera D. Ioan. Thierry Lingonensis, Iurium interpretis celeberrimi:

Nunc uerò industria diligentiaq; excellentiss. I. V. C. Aemilij Mariæ Manolessi adeò cumulatum, ut planè studiosus nil amplius desiderare queat.

Quarta pars.

De litera P.

PAbulum dicitur prædicatio uerbi Dei. c. inter cætera de offic. ordi. glo. in c.j. de sepultur. † & dicitur Græcè νομὴ.]

Pactum est, quod incipit à promissione, responsione sequente: sed pollicitatio fit per solam promissionem, nulla sequente acceptatione. Stipulatio uerò fit præcedente interrogatione, & sequente responsione. Glossa est ordinaria in uerbo, duorum. & ibi doct. in l.j. ubi Bar. in iij. oppo. ff. de pact. uide gloss. Bald. & doct. in rubr. C. de dot. promis. & j. uer. Pollicitatio. ubi melius. uer. j. Addo inquantum dicitur, quòd pactum est duorum consensus, procedere in pacto expresso: sed pactum tacitum potest intelligi esse factum cum his, qui erant absentes, & simul non cõsenserunt. Ita Bart. in l. si creditores. in fin. C. de pac. & Alex. in l. ij. in j. col. eo. cum alijs concor. ibi signatis. Item addo inquantum dicitur, quòd pollicitatio fit, nulla sequente acceptatione: intellige quando pollicitatio fit absenti: sed si fieret præsenti, licet non acceptanti, non diceretur pollicitatio, sed tacitum pactum: quia præsens & tacens, uidetur consentire ad suum commodum. Istud est de mente Cy. & † Bar. in l.j. C. de pac. & do. Alex. l.j. in fi. ff. eo † & dicitur Græ † cè συνθήκη.] † Adde, quòd pacta sunt seruanda. uide inter consilia Alberti Bruni in feu. consi. xij. col. v. Ioan. Neuiza.]

* Pacta sunt seruanda. l.j. ff. de pac. in l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. eod. Franc. Cur. min. consi. xl, num. 2. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Pacta seruanda non sunt, si aliquid noui & insoliti accidat. And. Alciat. consi. clvij. Æmilius Maria Manolessus.

* Pacta de non contraueniendo ita intelligenda sunt, si res in eodem statu permanserint: non autem si eo in statu esse desierint. l. continuus. §. cùm quis. ff. de uerb. oblig. gloss. & Doct. in l. quòd Seruius. ff. de condi. ob causam. Cor. consi. lxxv. uol. iij. consi. cv. uol. iiij. Illust. Card. Pari. consi. xxiiij. num. 72. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

Pactum dicitur pars cõtractus, cui apponitur. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione.

† Pactum quid sit, uide do. Pet. Phi. Cor. in consi. xxv. incip. Circa. in litera A. in iiij. parte.]

† Pactum appositum contra ius, non ualet, nec pœna: ut in regula, qui contra ius. de re iudi. lib. vj. l. iuris gentium. §. & si quis. ff. de pac. etiamsi interuenit iuramentum, ut in c. si diligenti. de foro compe. Si uerò pactum est præter ius, tunc ualet pœna apposita, sed non pactum. Exemplum in stipulatione alteri facta: ut in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. Si uerò est secundum ius, ualet utrumq;: debet tamẽ quis esse contentus altero. nam potest agere ad pœnam, uel ad obseruantiam pacti. Vide glo. in l. pacta, quæ contra. C. de pac. & de pacto præter ius, uide Abb. in c. ij. de preca. & eundem in c. pleriq;. circa fi. de pactis.]

* Pacta in fundatione, ut nostri dicunt, beneficij apposita ualent, si beneficij fundationi consensit episcopus. Io. And. & alij, & in c. nobis. de iur. patron. Ant. But. consi. iiij. Ay. Cra. consi. lxxxij. nu. 6. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

† Promouendus ad ecclesiam si promittit aliquid ex pacto se daturum collatori, non potest agi contra eum ad obseruantiam pacti inhonesti. Nam omnis pactio, omnisq; conuentio pro spiritualibus obtinendis cessare debet: & si de facto ponitur pactum, nullam obligationem inducit. Abb. in cap. fin. de pact.]

† An uolens renunciare beneficio suo possit deducere in pactum, ut conferatur certæ personæ. Abb. in c. ex parte. e.j. de off. delegati.]

† Pactum nullum obligat, quod uergit in periculum animarum: & pactum turpe, uel rei turpis, non est obligatorium. Et dicitur pactum turpe, licet res, super qua interponitur, non sit turpis: ut, si promitto tibi dare decem, ut mihi conferas ecclesiam, & omne pactum contra ius est turpe: ut in c. faciat homo. xxij. q. ij. Pactum uerò rei turpis est, quando interponitur super re turpi: ut, si ex pacto capio decem, ut hominem interficiam: pactum impossibile dicitur de iure, uel de facto, & non obligat. Abb. in d. c. fin. Sed quid si pactio est impossibilis de iure tantùm, non obligat: si uerò est impossibilis de facto tantùm, aut illa impossibilitas est perpetua, & non obligat: ut Inst. de inuti. stip. §. j. aut est impossibilis ad tempus, & tunc obligat: ut, si promitto tibi dare mille, & impossibile est mihi tibi nunc ea tradere, sum nihilominus tibi obligatus: quia hoc nõ est impossibile, secũdum naturam: & potius dicitur incommoditas, quàm impossibilitas. ut in l. continuus. ff. de uer. obl. Abb. in d. c. fin. in ij. col.]

† Pactum appositum contra accidentalia contractus ualet, & in hoc pactum uincit legem: sed pactum contra substantialia contractus non ualet, quia pactum contra naturam contractus nõ ualet, nisi possit transire in naturam alterius contractus. Abb. in c. j. de commod. & in c. insinuante. qui cle. uel uo. & in c. fi. de preca.]

† Pactum, & pollicitatio differunt, quia pactum est duorum: pollicitatio est unius. glo. in cle. Romani. de iureiur. Abb. in c. cum iuramento. & uide tex. iuncta gloss. in l. sciendum. §. edictum. ff. de ædi. edicto.]

† Pacto interueniente, nõ potest aliquid accipi ultra sortem, quin sit usura. Abb. in c. fi. de usuris.]

Pacta recipiunt interpretationem, id est, originalem sensum, scilicet in re, uel in spe. Bald. in l. fin. in fin. C. de pac. inter emptorem & uenditorem.

Pactum principale non uestitur per pactum pœnale, quod est accessorium. Bart. in l. ex pupillari. in fin. de uul. & pu. & per

doct.in l.petens.C.de pact.Item nec per stipulationem pœnalem. Bar.in l.si pacto.in ij.no.C.eod.tit.& in l.nuda.C.de contrahen.& commit.stip.in fi.

Pactum potest esse temporale. l. si unus. §. si cum reo. ff. de pactis.

Pactum cóforme iuri cómuni non ualet.l.sicut.§.apud Pomp. & ibi Bart. ff. si ser.uen. Vide j.uer. Pactorum effectus. uer. xiij. Imò producit actionem.Bar.in l.non impossibile.ff.de pact.& in l.legitima.& ibi Alex.de Imo.eod.tit.

Pacti appellatione non uenit contractus nominatus ex communi usu loquendi. Pau. de Cast.consi.xlj.incip. Viso puncto.in ij.col.in fi.

Pactum factum dicitur ius commune. Bal.in l.liberti.in x.col. uersi. quid significant. C. de oper.liber.per glo.in l.qui mutuam.ff.mandati.

Pacta in contractibus ciuitatum habentur pro statutis. Barto. in l.ciuitas.ff.si cer.pet.paulo post principium.

10 Pactum potest poni in principio contractus, uel in fine: & non refert ubi ponatur, dummodo ponatur, antequam contractus sit habitus pro perfecto, secundum Bart.in l. si ita sit

† scriptum.ff.de leg.j. † Alex. consi.cxxij.uol.ij.]

Pacta simul posita in instrumento, unum post aliud, censentur simul & semel posita. Bald.in l.contractus.vj. col.uersi. item dicit Bart. & ibi Bart. C.de fide instr. qui dicit hoc esse propter consensum simul omnibus præstitum à partibus in fine instrumenti.

Pacta contra ius non sunt seruanda.gl.in l. si pater.§.ex pactis. ff.de iure doc.l.j.§.illud.ad fin.C.de rei uxo.act.l.pacta,quæ contra. C. de pactis. nisi de consuetudine approbentur. j. eod.uer.xlvj.

Pactum respiciens totius rei dispositionem, præsumitur appositum loco causæ finalis. Bald.in l.fi.in ij.no.C.de pac.inter emptorem & uenditorem.

Pactum sine scriptura tantum ualet, quantum cum scriptura.l. pactum,quod bona fide.Et ibi Bart.C.de pactis.

Pactum reprobatum à iure communi potest per consuetudinem approbari. Paulus de Cast. in l. pactum dotali.ad fi. C. de collatio.

Pactum fauorabile non potest in odium retorqueri. l. quod fauore.C.de legi.Bar.in l.quamuis.ff.de pig.actione.

Pacta non præsumuntur extranea: & ideo super eis non defertur iuramentum. Bal.in c.j.§.fi. quid sit inuesti.

Pactum contra naturam contractus, est nullú. Bal. in l.ij.iij.q. C.de contra. emp.& in Marg.uer.Pactum.uersic.iiij.contrà tenet in addi.Spe.de loca.uer.ualet.in xj.col.

Pacta extrinseca adiecta facto, an reddant factú nullum. Pau. de Castr. consi. cclxxix. aliàs cclxxxiij.quod incipit, Visis statutis.quòd nón.

Pacta dicuntur pars precij. Bald.in l.solam. pen.col. C. de te-

† stibus. † Et in consi.suo cccxxxviij.in j.parte.]Item,

20 Pactú, & renunciatio, quid differant. Bal.in rub.C.de pac. quod pactum est contractus,non autem renunciatio.

Pactum an possit quicquid & lex. Bar.in l.non impossibile.in fi.ff.de pac.distinguit.

Pacta inita cum superiore sunt seruanda.l.fin.& ibi Bald.C.de iure emphyteu.

Pactum primum non tollitur per secundum. l. si unus. §. pactus.& ibi Bart.in j.col.in fi.uer.no.ff.de pact.l.pacta nouissima. & ibi doct. C. eod.tit. ne per statutum nouum,uel re-

† scriptum.gloss.in cle.dudum.de sepul.in uer.pacto. † Vide Alex. consi.xl. in iiij.uol. an primum possit esse declaratiuú secundi, adeò quòd non tollatur per secundum, consuluit quòd sic. Adde Alex. plené in l.pacta nouissima.hic allegata.& per eundé in l.qui in aliena.§.Celsus.ff.de acqui.hære. plené Ias. in d.l.pacta.]

Pacto de recedendo à contractu,si non seruetur cótractus per partem, uidetur renunciare alter contrahens contractum petens seruare consilium Dy. sed Sali. sing.in l. commissoriæ.C.de pac.inter emp.& uend.

Pactum, & concordia, non differunt.no.per doct. & Alex.in l.j.in prin.ff.de pactis.

Pactum de iniuria dicitur pax, & prodest ad statutú de pace. Bal.Ang.& Alex.in l.j.ff.de pactis.

Pactum est duorum, uel plurium in idem placitus, & consensus.l.j.cum gloss.ff.de pact. Quod uerum in pacto expresso, non in tacito, quod fit inter absentes. Alex.& ibi Bart.in l.si creditores.in fi.C.eod.tit.

Pactum præsumitur appositum ab eo, cuius fauorem concernit.glo.in l.cùm manu.in prin.in uer.uidebuntur.ff. de contrahenda emptione.

30 Pactum expressum requirit præsentiam personæ, non autem tacitum.Bart.in l.ij.C.de pac. in l.si creditores.in fi.eo. tit.& s.eod.uersi.j.

† Pactum requirit consensum duorum. do. Barth. Soci. in consilio clxxxix.incip. Viso. uer. sed posset contra hoc. in ij.parte.]

Pacta simplicia confirmari possunt cú debita modificatione. Inno.in c.significasti.de præben.in gloss.sua,in uerbo,Assiduè.Bal.in Marg.uerb.Pactum.uersi.iij.

Pactum dubium interpretatur pro eo, pro quo est appositum. glo. & Bart.in l.insulam. ff. qui po.in pig.hab. & in l.ueteribus.ff.de pactis.

Pacisci nemo cogitur, nec transigere. in Spec. de arbi. §. viij. uer.sed nunquid arbitrator.

Pacisci alteri nemo potest.eo.§.uer. sed pone compromissum. el ij.in Spec.de loca.§.nunc aliqua.uersi.lxxxv.

Pacto renunciari potest iuri futuro. in Specul. de accusatore. uersi.sed pone.el j.Addo text. & ibi Bartol.in l.& hæredi.§.

† item filiusfam. ff. de pac. † Ponitur ordinariè in l.j. C. de de pac. & in l.qui Romæ.§.duo fratres. Alexan. consi.xl. in iiij.uolumine.

Pacta sunt seruanda, & custodienda.l.iuris gentium.§. prætor ait.ff.de pac.in Spec.de salar.§.iij.uer.quid ergo,si litigator. & de fruct.& interes.§.iij. nisi sint contra ius.j.eod. uer.xlij. Item etiam hosti. Bald.in l.j. C.de dediticia lib.tol.& Alex. in l.j.§.non autem.ff. de dolo.

† Pacto Deus obligatur, ut dicit Bart.in l.j. in prin.ff.de pac. & allegat magistrum Sententiarum, & Aristo. qui dicebat Alexandro, O` Alexander, obserua fidem datam,& fœdera confirmata:aliàs malus finis sequetur.]

Pactum licitum, & lex, æquiparatur. in Spec. de proba. §. ij. post uer.sed pone.el j.

Pactum plus ualet, quàm repudiatio.in Spe.de renunciatione & conclu.uer.quid si quis.

Pacisci non licet de crimine. in Spec. de obli. §.j. in fi.l. transigere.C.de transact.

40 Pactum, & consuetudo, æquiparantur. in Spe.de lib.con. cep.§.x.uer.xxj.

Pactum non seruanti potest quis propria authoritate auferre. glo. in auth. ut decætero commu. non fi.in fi. Alexan. in l.si alius.quod ui,aut clàm.

Pactum contra leges,& contra bonos mores, seruandum non est.in Spe.de loca.§.nunc aliqua.uer.xxxv.

Pactum non est seruandum frangenti illud.l. qui fidem. de transactionibus. & Spe.ubi s.uer.xxxvj.l.pacta nouissima. C.de pact.

Pactum est quædam donatio.in Spec.de homi.uer.illud.

Pactum unde dicitur. in d. uer.illud. & in tit. de pac. §.j. in l.j. ff.eod.tit.

Pactum quid sit.in Spe.in d.§.j.& in d.uer.illud.quòd est duorum pluriumʼue consensus. glo.in uerbo duorum.in l.j.ubi Bart.in iij.opp.& alij.ff.de pact.

Pactum, & transactio, qualiter differant. Spec. in §.j. in princ. in tit.de pactis.

Pactum est gratuitum, transactio non.gloss.j.in l.j.ff.de transactionibus.

Pactum dicitur contractus.Bald.in rub.C.de pac.glo.in l.j.de actio.& oblig. & Alex.in l.v.in princip.de uer.obl.

Pactum nudum uestitur multis modis, de quibus in l. legem.& ibi doct. & Franc. de Pad. & de pact. & in l. iuris gentium.§. igitur nuda. ff. eod.tit. Item j.eod.per

† totum. † Adde, quòd agitur de dolo, quando non est obseruatum illi, cui pacto nudo promissum est, & sic ei damnum affert, & sic agitur ad damna,& interesse. Ita Ang.suo consi.j. allegat casum in l. & eleganter. §. seruus.ff. de dolo. Quod nota pro declaratione dicti eiusdem Angel. consilio cxcviij. ubi dicit in terris Imperij non agi ex pacto nudo,ut procedat ad regulam:sed secus ad interesse.ut s. Vide Bald. in l.si

in l.si pro ea.col.fi. C. mandati. Alexan. de Imo.in consi.xlj. iij.uolumine.

† Pactum nudum quid sit, & quid differat à stipulatione, uide do.Alex.de Imo.in consi.xv.in ij.parte.]

Pactum nudum habet executionem per denunciationē Euangelicam. Alex. de Imo.in l.iuris gentium. §. sed cùm nulla. de pac.& in l. Quintus.ff.mandati.

Pactum nudum parit executionem. Alex.in §. sed cùm nulla. & in d.l.Quintus.per c.j.de pac.in vj.

Pactum nudum habet executionē ex officio lato iudicis, propter obligationem naturalem ex eo natam. Ant. de Butr.in d.c.quæ in ecclesiarum.de constit. Alex.ibi.Sed

Pacti nudi executio si petatur coram Imperatore, peccat Imperator, si non cōcedit. Ant.de But.& Ioan.de Imo. in c.qui in ecclesiarum.de consti.& Alex.in d.§.sed cùm nulla.

† Pactum nudum an producat actionem, uide do.Pet. Phil. Cor. in consi. ccxxviij.incip. Viso.in litera I.in iiij.parte.& do.Alex.de Imo.in consi.xvj.in ij.col.in ij.parte.& in consi. xlj.in ij.col.in iij.parte.]

Pactum nudum licet non pariat actionem de iure ciuili, tamē si resultet damnum ex eo non seruato, datur actio de dolo. l.eleganter. §. si seruus pactionis.ff. de dolo. Alexan.sing.in l.si conuenerit. de iu.om.iu. & suprà uerb. Actio de dolo. & Alexand.in l.iuris gentium.§. sed cùm nulla.ff. de pact.& in l.j.ff.de iud.

Pactum nudum uestitur cohærentia contractus, dictis legib. per glo. & doct.& in Spe.de salar.§.ij.post prin. & ĵ.eod.per discursum.& l.lecta.si cer.pet. Addo no.per doct.in l. petēs.

† C.de pac.† Vide do.Pet.Philip.Cor.in consi.cxxxiij.incip. Viso.in litera A.& B.& seq.in j.parte.]

Pactum nudum quandoq; sufficit ad agendum.in Spec.de salar.§.iij.uer.is quoq;. Et multos casus uide per Alex.in l.iuris gentium.§.sed cùm nulla. de pactis.

Pactum nudum non dat iurisdictionem ante litis contestationem, sed uestitū sic de consensu partium inter ipsas. in Spe. de cōpe.iud.adi.§.j. uer. sed quid erit. & omnino per Alex. in l.si conuenerit.de iur.om.iud.

10 Pactum nudum super eo, quod debetur à lege, uel statuto, uel ex præcedenti conuentione, parit actionem, tanquam uestitum colore legis, uel præcedentis obligationis. l. legitima.& ibi Alex.post Angel.& Pau.de Cast.ff.de pactis.& Alex. in l.iuris gentium. §. sed cùm nulla.ff.de pac.uel parit conditionem ex lege.glo.in l.cùm pater.§.Mæuio.de leg.ij. Bald.in l.j.§. ne autem. C. de cad.tol.Item super debito naturali tantùm parit actionem.l.j.§.penul.de consti.pe.Alex. ibi. Sed

† Pactum nudum an & quando noceat alteri, uide do. Alex. de Imo.in consi.xxxix.in fi.ult.col.in ij.parte.]

Pactum nudum principale non uestitur per pœnale accessorium.Bart.in l.ex pupillari.in fi.de uul.& pup. nec per stipulationem pœnalem.Bar.in l.si pacto,quo.in ij.no.C.de pac. & in l.nuda. ubi Bart.in fi. C. de contrahen.& commit.stip.

† & s̄.in uer.Pactum.el j.uersi.iiij.† Adde,quòd apud mercatores pactū nudum pro stipulatione habetur.Decius consi. cvj.col.ij.]

Pactum nudum parit actionē ad residuum, si incœpit soluere partem: & hoc fauore publico,uel fauore piæ causæ,secundum Alex.de Imo. post Sali.qui simpliciter post glo.loquitur in l.iuris gentium.§. quinimò.ff.de pactis

Pactum nudum geminatum parit actionem. sup. Geminatio. uer.xxj. Item in casu,de quo per Alex.post Bar.in l.fideiussor.ff.de fideiussoribus.

† Pactum nudum geminatum an producat actionem. uide latè & pulchrè do. Ias.in rub.ff.de uerb.obl.in iiij.col.uersi. quintò est constitutum.]

Pactum nudum nō sufficit ad translationem dominij. in Spe. de confes.§.iij.uer.porrò.

Pactum nudum an informet priorem obligationem, & producat actionem.not.in l.lecta.uer.dicebam. & ibi doct.& Bar. in ij.col.ff.si cer.pet.quòd sic.& ĵ.eod.uer.xx.

Pactum nudum an uestiatur cohærentia contractus conditionalis.no. in l.si in uenditione.& ibi Bart.ff.de peri.& cōmo. rei uend. & latius Bart.in d.l.lecta.in vij.col. uersic. quæro, pone distinguit.

Pactum nudum uestitur cohærentia contractus, quando est factum inter contrahentes, non si cum tertio, puta cum fideiussore. Bal. fin in l.ex placito.ult.col.uer.xvij.quæritur.

† C.de rer.permu.Barth.Cæp.in fin.uersi.cvij.† Quid autem de pacto nudo apposito iuxta traditionē dotis: uide Alex. in l.si cùm dotem.in prin.col.iiij.in §.rationem.ff.solu.mat. & ibi dat duas singulares limitationes ad l.in traditionibus. ff.de pactis.qui uoluit, quòd quando ex necessitate legis fit traditio, pactum iuxta talem traditionem appositum non uestitur cohærentia contractus. Primò, quia fallit,quando fit ex necessitate legis. Secundò,ut procedat,quando fit traditio ex necessitate imponenda per uiam actionis: secus, si imponenda erat officio iudicis, ut in dote:quia cogitur pater officio iudicis, non iure actionis dotare filiam.l.obligamur. & ibi Barto. ff. de actio.& obliga.Et ibi de differentia, quando pactum apponitur iuxta traditionem, & iuxta contractum.]

Pactum nudum coram iudice non uestitur calore iudicij, quo ad actionem producendam: sed quo ad officiū iudicis implorandum,sic.l.siue apud.cum gl. C.de transact.& in auth. generaliter. C. de episc. & cleri. Quod fallit in casu l.cùm ostendimus.de fideius.mi. Sed factum in iudicio parit actionem Lud. & Alex.in l.j.in princ.ff.de uerb.oblig. & Alex.in l.iuris gentium.§.sed cùm nulla.de pac.& per Bald.& Alex. in l.tale.§.qui prouocauit.ff.de pac.& per Bar.in l. pacta nouissima.cum glo.de pactis.

Pactum nudum non nouat obligationem præcedentem. Bal. in l.si ex precio.in iij.no.C.si cer.pe.

20 Pactum nudum informat actionem ex primo contractu. Item & uestitur stipulatione.no.in l.prædia. de act. emp.

Pactum nudum consensu non uestitur iuramento: secus est nudum stipulatione, uel alio uestimento.Bal.in l.j.in j.col. uer.modò solet dubitari. C.de ope.lib.de quo per Bart.in l. iusiurandum,quod ex conuentione.ff. de iureiur. & Sali.in auth.sacramenta. C. si aduer.uen.Inno.in c.nouit.de iud.& in c.cùm uenissent. de insti.& in c. Quintauallis.de iureiur. & But.& Innoc.in c.cùm contingat.eod.tit.& Sicu.in c.per tuas.in ij.col. cum seq.de arbi. & plenè per Bald. in §. item sacramenta. de pace iur. fir. in usi.feu. † An pariat actiones

† de iure canonico, Felinus in rubr. de pactis. ubi per sex columnas.]

Pactum nudum, etiam confessatum, & iuratum,non obligat. Bal.in l.fi.ij.col.in uer.item nota, quod aut. C. de fideicom.

† Adde Sali.in l.j. C.de reb.cred.]

Pactum nudum,etiam iuratum, non parit actionem. Bald.in l.j.in j.col. C.de oper.lib. Sed Barto.contrà,in l.si quis cum debitore.ff.de iureiu.& Alex.post Lud. in rub.de uerb.obl. & Imo.in c.cùm contingat.de iureiur.per l.si quis maior.C. de transact.& Alexan.in l.si quis conuenerit.in princ.de iurisdic.om.iud.

† Sing. Pactum nudum suffultum iuramento, statim, uel ex interuallo apposito,producit actionem de iure ciuili,ut dicit Mathe. notabili xxxvj. incip. Not. nouā regulam. per l. si quis maior. C.de transact. Sequitur Fel.in c.j.in ij.col.uer. est etiam alius casus.de pac.& ibi latè & pulchrè,an & quando pactum nudum tam de iure ciuili, quàm canonico producat actionem: uide Iacobi. de sancto Geor. in d.l. si quis maior.in iij.col. uersi. nota subsequenter. ubi dicit, pactum nudum non uestiri iuramento. & dicit, quòd ista est magis communis opinio.]

Pactum nudum non ualidatur per annuam præstationem.l. si certis annis. & ibi Bald. C. de pac. & Bald.in l.j.iiij.opp. C. de fideicom.

Pacta nuda non seruare,uerecundia est.l. Quintus.& ibi Bart. ff. mandati. & Alexan. in l. iuris gentium. §. sed cùm nulla. de pactis.

Pacti nudi exceptio non potest opponi inter mercatores, inter quos statutum mandat de æquitate procedi. Bart.in d.l. Quintus.& ibi Alexan.& uer.cxc.& Bald.in l.pro ea.in ult. col.uer.unde facit ad quartam quæstionē.C.eod.tit.Secus, si in causa proceditur, sola facti ueritate inspecta.Bald. in l. uenio.in fi.C.de senten.

Pactum nudum in instrumento deductum habet executionē paratam, stante statuto, quòd instrumenta habeant executionem

cutionem paratam. Bal.in l.ij.in fi.C.de execu.rei iudi. Sed melius uide per Bal.in l. ex placito.in fi. C. de re.permut.& plenius per Alex.in l.legitima.in fi.ff. de pactis.

Pactum nudum an uideatur adiectum causa donationis. Bar. Bal.& Alex.in l.iuris gentium.§.sed cùm nulla.de pac.

Pactum nudum de retrouendendo parit actionem, si est incõtinenti appositum.l.ij.cum glo.C.de pac.inter emp.& uen. l.j. C. quando decre. opus non est. Et dicitur incontinenti arbitrio iudicis. Ang.no.in l.uentri.§.fi.ff.de priui.cred.

30 Pactum nudum uestitur euentu conditionis, quæ teneat lo cum causæ finalis.Bal.in l.quoniam.C.de rer.permut.

Pactum nudum usurariũ non uestitur cohærentia contractus stricti iuris.l.quamuis. C.de usu.& ĵ. Usura.uersi.xciiij.Nec pactum de præstandis usuris.ĵ.Pactum usurarium.uer.v.

Pactum de non petendo factum in ipso contractu statim, antequam contractus habeatur pro perfecto, & absoluto, impedit ipso iure actionem oriri ex ipso contractu.text.fin.secundum Bal.in l.rogasti.§. si tibi.ibi:non amplius.ff.si cer.pe.& Barth. Cæp. in fin.uer.xlij.& Alexan.de Imo.in d.§.si tibi. Et sic limitat l.si unus.§.pactus.de pactis. ubi tale pactum tollit naturalem, & elidit ciuilem obligationem. † An ex pacto nudo de non petendo, facto ex causa donationis, oriatur actio ex lege ad damna & interesse, sicut oritur ex pacto nudo de donando: per l. si quis argentũ. C. de donat. Vide Ias. in l.creditori tuo.col.ij.uer.nunquid autem. C. de pac.post Bart.in l.si unus.§.pactus.in vj.col.& ibi Iason ff.eod.tit.

Pactum de non petendo totum debitum à singulis debitoribus insolidum obligatis, fit duobus modis, scilicet per electionem unius. Item per diuisionem inter singulos: quo casu quilibet tenetur pro rata. Bart.in l.fi.in prin.in j.col.in fi. & j.oppo.ff.si cer.petat.

Pactum de non petendo geminatum, tollit ipso iure obligationem, licet simplex tollat per exceptionem. doct. Ang. & Pau.de Cast.in l.legitima.ff.de pactis.

† Pactum de non petendo interpositum cum principali, an prosit intercessori, uide do. Pet.Phi.Corn.in consi.ciij.inci. Visis.in litera A.& E.in iij.parte.]

Pactum de non petendo debitum liquidum, sapit donationẽ, & non ualet, nisi sit insinuatum, si est de summa magna, scilicet supra quingentos aureos: sed secus est in debito nõ liquido.not.in l.contra iuris.§.fin. & ibi doct.Barto.& Pau. de Cast.ff.de pac.& tenet Angel. & Pau. de Cast.in l.tale.in prin.ff.eo.tit. Vide no.in l.tutor.in prin.ff.de iureiur.& in l. si quis obligatione.& ibi Alex.de reg.iur. Bald.in l.illud.iij. col.uer. secundò quæritur. C. de sac.san.eccle.Ang.in l.Nesennius.§.seruo. in fin. ad leg.Fal.& plenius per Alex. in l. si mulier.de condi.ob causam.Bal.in l.j.C.de bo.ma.Secus in transactione de lite: ut ibi.& Alex.in d.l.si quis obligatione.

† Vide Bal.in consi.ccclij.in v.parte.]

Pactum de liberando in futurum parit exceptionem. Bar.in l. si intra.in fi.ff.de pactis.

Pactum liberatorium factum principali an prosit fideiussori. Barto.in l.nisi.ff.de pactis.distinguit. Quid econtrà, no.in l. fideiussores.& l.seq.eo.tit.quòd non.& ĵ. in uerbo, Pactum extenditur.uersi.xxij.

† Pactum siue iuramentum de non petendo restitutionem, obstat agenti possessorio. Ita in Rota fuit decisum, deci. ccccj. in nouis.]

Pactum de non petendo an & quando præsumatur ex redditione instrumenti.no.in l.iij.in princ.ff. de libe.lega. & Bal. in l.unica.§.ille.in j.col.uersi.quærit gloss.C.de Lati.lib.tol. distinguit.

† Pacisci de non petendo uidetur, qui promittit cancellare instrumentum.Bald.in consi.cxlv.ij.parte.]

Pactum de non petendo nisi ab uno hæredum, non impedit peti ab alijs. Paulus de Cast. & Alex.in l.eum, qui ita.§.j.de uerb.oblig.

Pactum de petendo an præsumatur ex redditione instrumenti continentis pactum de non petendo. Bal.in d.§.ille. in d. uer.quærit glo. C. de Lati.lib.tol.distinguit.

10 Pactum de non petenda numeratione, etiam iunctum cum exceptione non numeratæ pecuniæ, non ualet, quia purè potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.Bal.in l.in contractibus.iij.q.C.de non nume.pecu. † Adde, quòd pactum de non petendo licet regulariter transeat ad hæredes. Alexan. in l.j.col.xix.ff. sol. mat. Sed ego addo Alex. consi. cxlviij.uolum.v. colum.ij. qui dicit, quòd communis opinio est, quòd transit ad hæredes debitoris, siue uerba dirigantur ad personam debitoris, tam obligatiua, quàm executiua.]

Pactum de non petendo debitum, donec usuræ soluantur, ualet.l.item quia.§.idem Iulianus.ff.de pac.& ibi Alexan. Pactum de non petendo, &

Pactum de non agendo, sunt diuersa. Bald.in l. peremptorias. viij.col. C. senten.rescin.non pos.Bart.in l.si unus.§.pactus ne peteret. in viij. col. in princ. in uer. sum expeditus. ff. de pact.Sed Alex.de Imo.post Bart.aliter loquitur in l.si unus. §.pactus.ff.de pac.in lect.& in apostil.ad Bart.ubi uide.& in l.amplius. rem ra.habe. post Bartol.in l. si prius. de ope. no. nun. viij. oppo.

Pactum de nõ agendo an tollat obligationẽ naturalem.ſ.Obligatio naturalis.uer.xij.

Pactum de non agendo actione depositi, non obstat agenti, tanquam contra possessorem. Ang.& Alex.in l.si unus.§.illud.de pactis.

Pactum de non petendo legatum factum uni, quem legatarius credebat esse hæredem, non nocet legatario, si alius sit hæres. Bald.in l.si actionem.C.de pactis

† Pactum factum uni de non petendo rem suam, non est alienatio, sed potest eam uendicare à quocunq; alio possessore. Bald.in consi.ccccxv. in j.parte.]

Pactum de petendo an includat accessiones medij temporis. Spec. in tit.de pac.in §.j.uer.sed pone. arguit, & an ualeat post triginta annos. Spe.tit.de pact.in §.j. in uersic.sed quid si fecit.

Pactum de non petendo non repellit agentem, nisi allegetur. Bart.in l.si unus.§.pactus ne.in vj.col.ff.de pactis.Quod intellige, scilicet quod allegetur per reũ, quia si allegetur per actorem, qui actor confiteatur, non prodest reo aliter non opponenti illud.Bar.ibi.

Pactum de non petendo, uel non contraueniendo, impedit processum, & parit duas exceptiones, scilicet declinatoriã, & peremptoriam.Bal.in Marg.uerbo, Pactum.uer.j.

20 Pactum de non petendo quomodo impleatur. Bald.in l.ex placito.xx.q.de rerum permut.quod si apponitur iuxta cõtractum bonæ fidei, impletur per cautionem: si iuxta contractum stricti iuris, non sufficit cautio.

† Pactum de non petendo factum debitori de summa excedente quingentos aureos, an ualeat sine insinuatione, uide Iason in l.creditori tuo.col.j.C.de pactis.Alexan.in l.si mulier ff.de condic.ob cau.]

Pactum de non petendo tollitur per pactum de petendo ui replicationis. l. si unus. §. pactus ne peteret. & ibi doct. & Bart.ff.de pactis.

Pacti de non petendo exceptio quando sit opponenda. Spec. de exc.& repli.§.iij.uer.sed pone.& seq.

Pactum de non petendo à debitore, si obtinuerit contra creditorem, an ualeat.in Spe.de app.§.fi. post uer.& no.el ij.

† Pactum de nõ petendo factũ per creditorem patronũ filio, qui se abstinet ab hæreditate patris, an prosit nepoti possidenti aliqua bona auita. Bal.in consi.clxxxix.in ij.parte.]

Pactum de non petendo instrumentum quomodo concipiatur.in Spe.de pac.§.ij.in prin.

Pactum de non alienando, positum in contractu conforme iuri communi, operatur ut res, quæ regulariter non posset alienari, nec possit etiam in casibus, in quibus aliàs, si non fuisset factum pactum, potuisset alienari. doct.& Bart.in l.si ita quis.§.ea lege. de uerb.obl. doct. Moder.& Pet.de Sun.in l.ea lege. C.de condic.ob causam.

Pactum de non alienando rem propriam, non ualet. l. nemo. & ibi Bart.ff.de pac.& in Spec.de feu.§.quoniam.uersi.xix. & Alex. in d,l. nemo.& Imo. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb.oblig.Item,

Pactum de non alienando an impediat dominij translationẽ. Bart.& doct. in l.ea lege. C.de condi.ob causam.distinguit. & ſ. Dominium transfertur. uersi.cliiij.quòd non, nisi prohibens alienare reseruauerit sibi ius in re.

Pactum

Pactum de nõ alienando si ponatur in uenditione, quid iuris, uide Bar. in l. qui absenti. §. si quis possessionẽ. de acquiren. possess. ubi distinguit. & in l. si creditor. §. j. ff. de distr. pig. & in l. filiusfam. §. diui. in iiij. col. in fin. uersi. quæro, an per cõtractum. ff. de leg. j. & in l. pe. ff. de pac. Bald. in l. ea lege. in j. col. uer. modò ueniamus. C. de condi. ob causam. & Barth. Cæpol. in cautel. lxiij. & s. uer. Alienatio. uer. cix.

† Pactum de alienando an reddat inefficacem alienationem postea factam, uide do. Pet. Phi. Cor. in consi. cccxxj. incip. In hac in litera A. & B. in iiij. parte.]

Pactum de non uendendo pignore appositum à debitore dominio pignoris creditori, impedit eius uenditionem. l. si creditor. §. quæritur. & ibi Bart. ff. de distr. pig. ubi dicit Bar. quòd pro illo text. fuit tempore suo recursum ad Pandectas tunc existentes Pisis. Item refert Bart. in d. l. filius. §. diui. in v. col. in princip. uer. est alius casus. & in l. nemo. ff. de pac. & in l. ea lege. in j. col. in fi. in uer. item oppo. d. l. si creditor. C. de condi. ob. causam. & in l. si ita quis. §. ex lege. ff. de uer. ob. & Pau. de Castr. in consi. cclxxxj. incip. Pactum istud quod non liceat. & ego aliàs, cum assiderem in capitulo Florentino, uidi dictas Pandectas, & in specie uolui uidere. d. l. quæ est pro §. in Pandectis.

Pactum de non alienando inuito uicino, non ualet. l. pen. in fin. & ibi doct. ff. de pact. & Ludo. in fin. uerb. Pactum factum, &c.

Pactum de non uendendo, nisi certæ personæ, non impedit posse uendi alteri, si prius requirat, & expectet eum, cui promisit. l. qui Romæ. §. cohæredes. & ibi doct. & Bart. de uerb. obl. & s. uerb. Obligatus. uer. xxxv. & uer. xlv.

Pactum de uendendo facit præsumi contractum pignus. l. iij. † §. fi. ff. qui po. in pi. ha. † Et ibi Bar. Et an importet necessitatem, uide Bal. in consi. cccxl. in iij. parte.]

Pactum de uendendo non intelligitur personale. j. uer. Pactũ extenditur. uersi. ultimo.

Pactum de succedendo, uel non, an & quando ualeat. j. eod. per totum. & per Bald. in c. j. de feu. da. in ui. leg. commiss. uide per Alex. consi. lxxxiij. secundæ partis. & per Io. And. in addi. Spe. de pact. §. j. in addi. ad ampliationẽ.

Pactum de succedendo dicitur contra ius diuinum propter uotum captandæ mortis. Sed

Pactum de non succedendo non est contra ius diuinum. Bal. in l. pactum. ij. col. C. de col. per c. ij. de conces. præb. vij. q. j. quàm periculosum. & ualet. in Spec. de renun. & conclus. uersi. sed quid.

* Pactum de succedendo, cùm homines ad optandam, ac etiã alterius mortem quærendam impellat, contraq; bonos mores iccirco sit, nullas uires obtinet. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uer. ob. l. pactum dotali. C. de pac. l. cùm donationis. C. de transact. l. pactum. C. de collat. l. hæreditas. C. de pac. conue. l. ex eo. C. de inutil. stipul. Ias. cõsi. lxxxvij. num. 3. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Pactum de succedendo cũ contra bonos mores sit, etiamsi iureiurando sit confirmatum, neq; iure canonico, neq; ciuili ualet. glo. in l. si quando. §. j. C. de inof. testam. gl. in l. pactum. ubi Bald. oppo. v. C. de colla. Cy. Bar. Ang. & Sal. in l. pactũ quod dotali. C. de pac. Bar. in l. fi. C. de pac. in l. stipulatio hoc modo. ff. de uer. ob. in l. si quis pro eo. l. membro. ff. de fideius. Iason consi. lxxxvij. num. 3. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

* Pactum de succedendo cùm contra bonos mores sit, ne cõsuetudine quidem confirmari potest. Bald. in l. ij. col. iij. C. quæ sit lon. consue. Alex. in l. pactum quod dotali. in l. fi. C. de pac. in l. pactum. C. de collat. in l. stipulatio hoc modo. ff. de uer. obl. Ias. consi. lxxxvij. num. 3. uol. j. aliud tamen uult Bald. in l. cùm Archimedoram. C. ut in pos. leg. in §. mulier. §. filij. fi de feu. fuer. contr. inter dom. & agna. Æmilius Maria Manolessus.

Pactum de succedendo ex testamento factũ ab eo, qui est capax, ualet, stante statuto, quòd quis non succedat ab intestato. doct. & Bart. in l. fi. C. de pactis.

Pactum de non succedendo factum à sorore iuramento uallatum, ualet. Bart. & doct. d. l. fi. in iij. col. uer. secundò quæro. C. de pac. Bal. ibi. & in auth. sacramenta. pen. col. uer. ex hoc apparet. C. si aduer. uend. & in l. pactũ. in iiij. col. uer. xviij. quæritur. C. de col. Quod est uerum de iure canonico, per c. quamuis. de pac. lib. vj. non de iure ciuili, secundum quod solam ætatem supplet iuramentũ, secundum Bal. in d. l. pactum. & per Pau. de Cast. consi. cccvij. Item est uerum, nisi statuto caueatur, ꝙ minor contrahens nõ obligetur, etiamsi iuret, & paciscens sit minor. Bal. in l. j. in fi. C. si aduer. do. & in d. l. pactum. v. q. ubi dicit per statutum fieri posse, ꝙ non ualeat iuramentũ. & j. uer. Statutum de ultimis uoluntatibus. uersi. xiiij. Addo Bal. in c. item sacramenta. in v. col. uer. & quid ergo. de pace iur. firman.

* Pactum de non succedendo patri aut matri factũ cum matre aut patre, non ualet sine iureiurando. l. pactum quod. C. de collatio. c. quamuis. de pactis. in vj. Dec. cõsi. lxxxvj. col. iiij. secus, si factũ sit cum fratre patre, aut matre, consentientibus prin. casu pactum continet remissionẽ hęreditatis uiuentis, quæ pacto neq; dari, neq; adimi potest. Deci. in d. l. pactum quod. C. de collatio. secundo casu dicitur factũ pactum de hęreditate ita disponenda cum conditione, si pater in eadem uoluntate perseuerauerit. ita in term. respondit Ay. Cra. consi. lij. uol. j. post Pau. Castr. consi. ccccxlj. uol. ij. Calcan. consi. xxxiij. col. pen. Æmilius Maria Manolessus.

Pactum de futura successione uestitum stipulatione ualet. gl. no. in uer. accommodantiũ. doct. Bart. in d. l. fi. iiij. col. uer. tertiò quæro. C. de pac. Bar. contrà, in l. cũ donationis. C. de transact. Nec ualet transactio, nec laudum. Addo Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de pac. in §. ij.

Pactum de hæreditate futura certo modo diuidenda factum præsente & cõsentiente eo, de cuius hæreditate agit, an ualeat, quũ testator alterum tantùm instituat. Raph. & Franc. de Cap. listæ in d. l. fi. C. de pac. & ibi nota. ꝙ non: secus, si testator in consensu perseueret. Vide omnino Bal. in c. itẽ sacramenta. v. col. de pac. iur. fir. uer. quæstio fuit de facto, &c.

Pactũ de succedendo factũ à filia nupta extra ciuitatẽ patris, non ualet, stante statuto, ꝙ filia extra nupta nõ succedat ex testamento, uel ab intestato. Bart. in d. l. fin. in ij. col. uer. pro hoc induco. & ibi per Bal. in iiij. col. uer. sed pone in quibusdam. Alex. in l. stipulatio hoc modo. de uer. obligat.

Pactum de futura successione, etiam de consuetudine approbatum, non ualet. Bal. in l. consuetudinis. in iij. col. uer. tertij dicunt. C. quæ sit lon. consue. Sed in d. l. pactũ. j. col. uer. secundò opp. tenet contrarium, id est, quod etiam sine iuramento ualet uigore consuetudinis. Et ponit exemplum in pacto de succedendo in feudo. & uide ibi Pau. in fi. & not. in d. l. fi. & per doct. & Bar. & Io. de Por. in l. stipulatio hoc modo concepta. de uerb. ob. & in l. si quis seruum. & ibi Bar. ff. de acti. emp. glo. & Bart. in l. cùm donationis. C. de transact. & per Baldum in l. cùm Archimedoram. circa princ. C. ut in pos. leg. ubi dicit, quòd

10 Pactum de renunciatione futura facienda, ualet. † Vide tu omnino do. Alex. de Imo. in cõsi. xxviij. per totũ. iij. parte.]

* Pactum inter uirum & uxorem de succedendo ad inuicem, etiamsi iureiurando eorum, lociq; consuetudine comprobatum esset, non ualet. Ias. in termi. consi. lxxxvij. num. iij. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Pactum, per quod impeditur libera testandi facultas, non ualet. l. stipulatio hoc modo. & ibi doct. & Bar. de uerb. oblig. & ibi Alex. Bart. in l. cum duob. §. idem respon. & in l. adeò. ff. pro socio. Bal. in d. l. fi. & ibi no. C. de pac. & j. eod. uer. pe.

* l. j. C. de sacrosan. eccle. l. cùm donationis. C. de transact. l. ex eo. C. de inut. stipula. l. pactum quod dotali. C. de collatio. l. cum duob. §. idem respondit. ff. pro soci. l. si quis in princip. testamenti. ff. de leg. iij. Iason consi. clxxiij. num. 4. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

* Pactum de succedendo nõ in uniuersa hæreditate, uniuersisq; bonis alicuius, cùm non auferat testamenti conficiendi facultatem, secundum com. doct. opinionem ualet. l. omnes. §. Lucius. ff. de his qui in fraud. cred. l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donatio. l. j. C. ut actio. ab hære. & cont. hære. l. iubemus. la ij. C. de sacrosan. eccle. Bart. & doct. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de uer. obl. in l. fi. C. de pac. Pet. Anch. & Io. Imo. in rub. de testa. Ang. consi. v. Alex. cõsi. xxix. consi. lix. uol. v. Ias. consi. clxxiij. post num. 4. uol. iiij. quanquam aliud respondit Ang. in consi. lxvj. Æmilius Maria Manolessus.

Pactum contra uoluntatem testatoris fieri potest, uolente eo, cuius fauore testator disposuit. l.j. per Bar. C. de pactis.

Pactum reseruatiuum successionis factum ab ingrediente in monasterium, ualet: non autem factum ab ingressa. Bar. in l. fi. in iij. col. in princ. uer. idem possumus dicere. C. de pac. & per Alex. in d. l. stipulatio hoc modo.

Pactum, quòd legitimatus non succedat, nisi patri placuerit, ualet. Lud. Pon. in l. qui superstitis. viij. col. ff. de acquir. hær. & Paul. de Castr. in l. pactum dotale. de col. & in l. solet. ff. de iurisd. omnium iudicum.

Pactum, quòd spurij succedant in emphyteusim, ualet. Bald. in l. ij. in j. col. in fin. uer. an ualeat. C. de iure emphy. & Barth. Cæp. in fin. uer. cxlj.

Pactum de futura successione conseruanda, ualet. Instit. de legiti. agna. suc. §. fi. Addo Bart. in l. fi. in ij. col. uer. extra glo. & ibi Bald. in ij. col. in fi. uer. præmissis oppositionibus. C. de pac. & Bart. in l. stipulatio hoc modo. in ult. col. uer. ultimo, cùm quæritur. ff. de uer. oblig.

Pactum de futura successione inter milites in expeditione armorum degentes ualet, uidelicet de inuicem succedendo. Casus fin. secundum Bar. in l. licet. inter priuatos. C. de pac. sed non inter paganos. Bald. ibi. Nec dicitur donatio causa mortis. Bald. ibi.

† Pactum de succedendo an & quando ualeat, uide Iacobi. de sancto Geor. in l. pactum, quod dotali. C. de pac. ubi tradit regulam, quam limitat quatuor modis.]

Pactum circa hæreditatem futuram ualet, si tendit ad liberandum hæredem. l. & suum. §. sed & si quis. uersi. idem probat. ff. de pac. & Bart. & Alexan. in l. stipulatio hoc modo. ad fin. de uerb. oblig.

* Pactum reciprocum inter fratres, ut altero sine liberis decedente, superstes dimidiam eius bonorum obtineat, ualet, si præsertim iurisiurandi ad id religio accesserit. Io. And. in addi. ad Spec. tit. de instru. edit. §. porrò. col. fi. Alb. & Salic. in l. fi. C. de pac. Ang. in l. hæreditariū. ff. de bon. auth. iudic. possid. & in l. sancimus. C. de donatio. Ioan. Imol. & Ludo. Roma. in l. Aquilius. ff. de donat. Oldra. consi. cxxxix. Iason consi. clxxiij. dub. ij. num. 4. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

* Pactum inter fratres & nepotem ex fratre, ut bona paterna uel materna, nec ex testamento, nec ab intestato, nec inter uiuos, nec in ultima uoluntate alienari in fœminas possint: sed ad masculos tantùm spectent, ualet. Bartol. consi. lxxij. Iason consi. clxxiij. col. vj. uersic. ad idem & quarto. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

Pactum de inuicem succedendo inter fratres iuratos, & inter eos, qui inuicem iurant fraternitatem, & promittunt se tractare ut fratres, ualet: ut per Ioan. de Imo. in l. ille autem. ff. de hæred. insti. & Alex. in l. licet. C. de pac. & in l. nec apud. C. de hæred. instit.

20 Pactum filiæ de non succedendo patri factum metu, uel reuerentia patris, etiam cum iuramento, non ualet obtenta absolutione à iuramento. j. Renunciatio successionis. uersi. xv.

Pactum de non succedendo patri factum fratribus à sorore cum iuramento, excludit eam à successione. c. quamuis. de pac. in vj. Quod uerum, si pater consensit uiuens, uel si sit mortuus tempore pacti. Alex. in l. stipulatio hoc modo. vj. col. de uerb. ob. post Bart. ibi.

Pactum de non succedendo ualet, etiam sine iuramento. l. pactum. C. de pac. uel cum iuramento. c. quamuis. de pac. in vj. & Barto. in l. qui superstitis. de acqui. hæred. & Paulus consi. cccvij.

Pactum de non succedendo, etiam cum iuramento, non ualet de iure ciuili. Bart. in d. l. qui superstitis. & Pau. de Cast. in d. consi. & Bald. in l. pactum. in iiij. col. in q. xviij. C. de col. ubi etiam dicit secus esse de iure canonico, per c. ij. de pac. in vj. & s. eod. uersi. v. Sed uide Bal. in d. l. pactum. xix. q. Idem tenet Bald. in c. j. §. moribus. si de feu. fue. contro. & in c. j. §. si quis. de feu. da. in ui. le. commi. Sed Alex. de Imo. in l. stipulatio hoc modo. de uerb. obl. dicit contra Bald. & quòd opi. Bart. est uera & communis, etiam apud canonistas, quando

† ex eo inducit priuatio factionis testamenti. † Et per Franc. Are. in d. l. pactū. C. de colla. Vide do. Pet. Phi. Cor. in consi. cclviij. incip. Quanquā. in litera A. & B. & seq. in iiij. parte.]

Pactum de non succedendo cuidam defuncto, ualet. l. j. C. de pac. & in l. qui Romæ. in §. duo fratres. de uer. obl.

Pactum de non succedendo alteri paciscenti, si habet delictū annexum, an ualeat. not. in l. j. §. si parens. ff. si quis à paren. fue. manu. quòd non. Addo Bar. in l. fin. in ij. col. uer. secundò quæro. & ibi Bal. in iij. col. uer. uenio ad secundam quæstionem. C. de pactis.

Pactum filij de non succedendo patri contra testamentum, à quo recepit legitimam in uita, ualet, ut etiam auctis bonis patris non possit petere supplementum legitimæ. Iac. But. in l. pactum. C. de colla.

Pactum de instituendo talem hæredem non ualet, etiam cum iuramento. Bar. in l. iij. in j. col. uer. circa primum. ff. de testa. l. quidam cùm filium. cum glo. de uerb. obl. & j. Promissio. uersi. cvij. quia impedit liberam testamenti factionem. ut s. eod. uersi. xj.

Pacti de non succedendo in bonis instrumentum quomodo concipiatur. in Spe. de pac. §. ij.

Pacti de nō succedendo in bonis patris, uel matris, materiam supple in Spec. de testa. §. j. uersic. pone, filius. & tit. de don. inter uir. & uxo. §. ij. in fi. & j. uer. Quietatio. & uer. Renunciatio successionis. & s. uer. Filia. per totum.

Pactum inter creditorem & debitorem multiplex est: ut j. eod. & s. Pactum de non petendo. per totum.

Pactum inter creditorem & debitorem, quòd res pignorata sit creditoris, si debitor intra certum tempus non luat, non ualet, nisi addatur, quòd sit emptum pro quanto iustè æstimabitur. l. j. & ij. C. de pac. pig. l. si fundus. §. fin. & ibi doct. Bart. & Angel. ff. de pigno. ubi dicit esse cautelam usurariorum, facere tales contractus: & addunt, quòd nisi luatur intra tempus, pignus detur ei in solutū pro precio æstimando arbitrio Titij & Seij, quos ex nūc eligunt in arbitros, & arbitratores, & bonos uiros. Et subdit Angel. quòd usurarius cautus sit, ut eligat amicos, qui æstimēt pignus quanti uoluerit ipse. De quo uide per Bart. in l. fi. C. de pac. pig. & Bald. in c. j. ij. col. de feu. da. in ui. le. commi. in usi. feu. & j. eod. uersi. penul.

Pactum, ꝙ si intra decem dies non luero pignus, non possim amplius luere, an ualeat. glo. & doct. in l. fi. C. de pac. pig. ꝙ non. Secus, si dixerit, si non luero pignus hinc ad mensem: sit tibi emptum iusto precio: tunc ualet. Textus singularis in l. si fundus. §. fi. ff. de pig. & Bald. in c. j. j. col. in fi. uer. quæro, an ualeat. de feu. da. in ui. le. commi. in usi. feu.

Pactum, quòd creditor missus in possessionem lucretur fructus nomine interesse, ualet. sicut statutum, & consuetudo. Bal. in l. acceptam. xviij. q. C. de usuris. per glo. fin. in auth. de exhi. re. §. si uerò quidam iurent. Addo Bald. idem tenentem, scilicet, quòd imò tale statutum, uel cōsuetudo ualeat. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. ut lite non contest. Sed Ang. ibi. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. pe. col. de dam. infec. dicunt consuetudinem non ualere de iure diuino propter fraudem usurarum. Idem dicas in pacto. Et est tutior opinio, propter animam, de qua Bald. non curauit.

Pactum liberatorium tollit obligationem naturalem, non ciuilem. l. si unus. §. pactus. & ibi doct. ff. de pac. Vide doct. & Bald. in l. pacta. ix. q. C. eod. tit.

Pactum, quòd debitor non possit cedere bonis, non ualet, nisi duobus casibus: per Bartol. in l. alia. §. eleganter. & ibi doct. & Ioan. de Port. sol. mat. & Bart. in l. fin. ff. de cessi. bo. Bald. & doct. in l. j. iij. colum. uersi. quærunt doct. an beneficio. C. qui bo. ced. pos. Flor. in l. homo liber. ff. ad legem Aquiliam. Idem consuluit Richar. Malum. per gloss. in auth. & omnino. C. de act. & obli. & tenet Pet. de Perusio in tract. de Socio, xv. parte. Et pridie sic iudicaui hîc Romæ in causa Vrsinorum. Sed doct. in c. cùm contingat. de iureiur. & in c. ex rescripto. eod. tit. & in Spec. de re. & conclu. §. j. in fin. uersic. item est bene factum. dicunt illud cum iuramento ualere. Quod uerum, nisi mendicitas & inopia iurantis sit notoria: quia iuramentum non obligat, sicut nec iuramentum filij de non petendo alimenta, secundum Frede. de Sen. consi. lx. per c. cùm quidam. de iureiu. & in Spe. qui filij sint leg. uer. sed pone. Et cū hoc transit But. in d. c. cum contin-

contingat.in tertio casu.& Imol.& Capra ibi in x. membro; uer.primus casus,&c.

Pactum legis commissoriæ in pignoribus, etiam de consuetudine approbatum,non ualet. Bald. in l.consuetudinis.in iij. col.uer.tertij dicunt.C.quæ sit longa consuet.

Pactum de pignore uendendo afficit etiam domum pignoratam, & dirutam,& refectá.l.fin.ff.de pig.Item afficit pignus, etiamsi eius ius transiuit ad secundum creditorem,qui successit in ius primi.l.Aristo.ff.quæ res pigno.ob.pos.

Pactum,quòd debitum non probetur, nisi per instrumentum, non ualet.Flor.in l.in lege Aquilia.ff.ad legem Aquiliá.But. in c.si diligenti.de foro compe.Cy.in l.pen. C. de pact. gl.in auth.ut sine prohi.ma.cred.& deb.§.fin.colla.vij. & Paul.de Cast.in l.pactum inter hæredes.ff.de pac.& in Spec. de proba.§.uidendum.uer.sed pone. el j. uer. sed quid, si debitor. Bal.in auth.iubemus.C.de iud. Bart. in l. fi.ff.de præto.stip. nisi cum iuramento:sed non habens instrumentum, potest facere quòd iudex ex officio testes examinet, secundū Spe. in d.§.uer.sed quid si debitor. Sed Bald. in addi.ibi dicit in uersic.licet quis.dicit,quòd

10 Pactum, etiam iuratum, de non probando debitum aliter, quàm per instrumentum, non nocet, quin etiam per testes probari possit.facit l.j.ff.de fide instru. Sed dic uerum, si testes iudicis officio examinentur,secundum Specul. ubi s̄.& Lud.Pon.in sing.uerb.Pactum.uersi.magnum.

Pactum,quòd scriptura priuata faciat plenam fidem,nō ualet: quia daret materiam delinquendi.Innoc.in c.cùm P. tabellio.de fide instr.& Paul.de Cast.in l.pactum inter hæredem. de pac.& per do. Alex.consi.xciiij.iiij.parte,ubi dicit uerum in scriptura conficienda,non in facta.

† Pactum,seu conuentio,per quam debitor conuenit,quòd si in termino non soluerit,possit excōmunicari, non data alia citatione,& contumacia,non ualet. Fel. in c.ex rescript.circa prin.iiij.col.de iureiur.

Pactum de ingrediendo propria authoritate possessionem pignoris,operatur quòd contra principalem nulla causæ cognitio requiratur,sed contra singularem successorē sic. Bar. in l.is,cui.§.qui in possessionem.ff.ut in poss. leg. & in l.creditores.iiij.q.C.de pig.& in l.si quis sub hac. de contrahen. empt.& s̄.uer. Creditor propria authoritate.uersi.iij. & uer. xiij.& uer.xviij.Et dicit Bart.uerum, si sit clausula precarij, uel quòd promittat alteri non uendere.

Pactum, quòd recipiens frumentum mutuò non possit illud restituere,nisi quando mutuans illud uelit, non ualet. Paul. de Castr.in d.l.item quia.§.fi.Sed ibi Alex.contrà, & Raph. Cuma.& Paul.de Castr.in l.qui.Romæ.de uer.oblig.

Pactum,quòd debitor soluere, uel offerre non possit, nisi uolente creditore,non ualet.gl.in l.fi.C.de pac. pig. Alex. post Paul.de Castr.in l.item quia.in fi.ff.de pac. & Paul.con.277.

Pactum,quòd creditor non repetat sortem, quousque debitor sibi soluat usuras,ualet.not.in d. l. item quia. & ibi Paul. de Castr.in fi.ff.de pact.& ibi Alex plenius.

Pactum accipiendi tenutam pignoris propria authoritate potest exerceri,etiam inuito debitore.l.iij.& ibi doc.C.de pig. & tenet Bar.in l.qui Romæ.ff.de pig.acti.& s̄. in uer. Creditor propria authoritate.uer.xix.

Papa potest infeudare alteri castra ecclesiæ, non tamen magnas ciuitates,sine consensu cardinalium.Bal. in l.pe.C. de bo.quæ libe.Archi.in c.cùm redemptor.xij.q.ij.

* Papa potest ex causa necessitatis uendere res ecclesiæ Romanæ,non tamen ad impinguandum, seu gratia ditandi consanguineos suos.Bal.in d.l.penul.C.de bo.quæ libe.& ĩ.eo. uer.clix.& clxix.& cxv.

Papa non potest dignitatem uni concessam sine causa reuocare.Bal.in c.j.de natura feu.in prin.in uer.& est argu.

* Summus Pontifex sine iusta causa iure suo aliquem priuare non potest.glo.& Doc.in c. quæ ecclesiarum. de constitutio.gl.& Doc.in l.fin.C.si contra ius uel util.publ.Iason cõs. cxlv.col.j.uol.ij.Æmilius Maria Manolessus.

* Summus Pontifex ius alteri quæsitum, sine causa auferre non potest.l.fin.ff.de pact.glo.in l. uenia. ubi Doct. C. de in ius uocand.Ias.con.cxlv.col.j.uol.ij. Æmilius Maria Mano.

* Summus Pontifex uni ecclesiæ aliquid auferre, & alteri dare non potest.gl. in c.j. ubi Arch.dist.x.gl.in c.j.uer.iustitiã. dist.xxij.Arch.in c.j.dist.xij.no.in c.non liceat.xij.q.ij.Abb. in c.duo simul. de offic.ordina. in c.à nobis.de decim.Iason con.cxlv.col.j.uol.ij.

Papa Cœlestinus,qui refutauit papatum ob uilitatem, de mane faciebat gratias,& de sero reuocabat,ut refert Bald. in d. c.j.in prin.de natu.feudi.de quo loquitur Dantes,possa che nebi alcun recognosciuto uidi & recognobi lombra de colui che fece per uilta lo gran refuto.

Papa est publica persona,& super omnes ecclesias habet plenitudinem potestatis singulariter,& uniuersaliter, secundum Innoc.in c.cùm pridem.de pact.& Bald.in prælud.feu.xiiij. col.& in Marg.uer.Papa.uersi.vij.

Papa concedens feudum alicui, an debeat ipsum corporaliter inuestire.Bald.in c.j.§.fi.ij.col.de no.for.fide.quòd sic.

Papa solus potest congregare concilium mundi.Bal. in tracta. Schisma.xv.col.

50 Papæ,& Dei,idem est consistorium.Hosti.in ca. quanto.de transla.præla.ar.c.Romana.de off.ordi.in 6.Abb.in c.uenerabilem.de elec.

Papa uacante sede Imperij,administrat.ĩ.Imperium.uer. xv.

Papa est iudex in causa regis Francorum cum uasallis,quando deficit iustitia, uel quando pares curiæ magis fauent regi. Bal.in c.fi.j.col.de probi.feu.ali. per Fed. Adde omnino per Abb. in ca. nouit. de iudi.ubi etiam loquitur de regibus Hispaniæ.

Papa promouens spuriũ ad episcopatum, uidetur cum eo dispensare.Bal.in l.Imperialis.§. j. de nup. & dixi in tracta.de Episcopo,ij.lib.

Papa potest cum infamia dispensare.Bar.in l.infamem.in fi.de pub.iudic.& in l.j.§. de qua.de postu.Sicu.in cap. cùm te.in iiij.col.in prin.uer.ad primum.de papa.de re iudi.

Papa solus dispensare potest cum bastardis ad ordines sacros, & ad curam animarum.Bal.in addi.Spe. de dispen.uer.cum illegitimẽ.& in l.rescripta.in ij.alle. iij.col.C.de preci.Impe. offer. Addo Inno.in c.innotuit.circa prin.de electio.

† Papa an dispensare possit super uitio illiteraturæ, maximẽ in episcopo. Vide Fel.in c.si quando.in pen.col.in uer. dum glo.hic.de rescrip.]

Papa non potest sine causa auferre clerico bona patrimonialia,sicut nec princeps laico.Abb.in c.cùm dilectus.in iij.no. de iure patro.

Papa quam poteſtatem habeat, uide in Specul. de diſpenſa. §. nunc breuiter. & §. ſunt quoque. & ibi Bal. in addit. & Bal. in l. reſcripta. C. de preci. Impera. offer. & ſuprà, per diſcurſum. & infrà eo. per diſcurſum. & glo. ordinar. in c. ſicut unire. de exceſ. prælat.

Papa debet confiteri peccata ſua. Abbas in c. ſignificaſti. de fo. compe. no. in c. ſanè. de off. deleg. Et ibi dicitur, quòd alteri committit abſolutiones ſui. & Cardin. in clem. j. §. j. viij. q. de relig. do.

Papa poteſt ex cauſa diſſoluere uotum continentiæ. j. Votum. uerſic. xiiij.

60 Papa an diſpenſet ad matrimonium cum conſtituto in ſacris. Car. in cle. ij. viij. q. de æta. & quali.

Papæ poteſtas à Deo eſt. xj. diſt. conſequens. Car. in cle. fi. eo. tit. & in cle. paſtoralis. de re iud. c. j. & ibi Bal. de pa. tenenda.

Papa poteſt lædere iuriſdictionem epiſcopi. Card. in cle. j. uer. no. ut lite pen.

* Summus Pontifex epiſcopo epiſcopatum ſine cauſa adimere non ualet. Abb. in c. fi. col. pen. & fin. de confirma. util. uel inuti. in c. conſtitutus. col. iij. de religio. domi. in c. fin. in extr. de poſtul. prælat. in c. de multa. de præbend. in diſput. Epiſcopus, & quidam rector Parmenſis. col. xiiij. Illuſt. Car. Zab. con. cxlj. Iaſ. con. cxlv. col. j. uol. ij. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Summus Pontifex epiſcopatum ſine cauſa diuidere nō poteſt. gl. in c. j. diſt. x. Iaſ. con. cxlv. col. j. uol. ij.

* Summus Pontifex epiſcopum inuitum ab eccleſia ſua ad aliam ſine cauſa transferre non poteſt. Inn. S. P. in c. niſi cùm pridem. col. ij. de renunciat. Ioan. And. in cap. quod ob cauſam. de reg. iur. in vj. Lud. Roma. con. cccxlv. col. vj. Iaſ. conſ. cxlv. col. ij. uol. ij. Æmilius Maria Manoleſſus.

* S. P. Cardinalib. Cardinalatus dignitatem ſine cauſa adimere nullo modo poteſt. c. ex geſtis. de cler. non reſidē. Iaſ. con cxlv. col. ij. uol. ij. Æmilius Maria Manoleſſus.

Papa habet tantam poteſtatem circa ius poſitiuum, ut poſsit tollere conſtitutionem, etiam quo ad effectus præteritos, adeò quòd excommunicatus uigore illius non indigeat abſolutione: ut dicit Abb. ſingulariter in ca. per uenerabilem. qui fil. ſint legit. per tex. cum glo. in c. j. de immu. eccle.

*† Papa ſi faciat aliquid contra uniuerſalem ſtatum eccleſiæ, eſt ei reſiſtendū, ut not. Inn. in c. quanto. de conſuetu. Quod dictum refert Felin. dicens eſſe perpetuò notandum. c. nulli. in j. col. uer. no. perpetuò. de ſen. excom.

Papa de conſuetudine delegat indiſtinctè omnē cauſam contra laicum ad inſtantiam clerici. Archi. lxxxix. diſt. iudicatum. in Spec. de deleg. §. j. uer. xxxj. Ant. de But. in c. ſi clericus. de foro compe. Alex. con. lxxix. j. parte, ij. dubio.

Papa poteſt delegare cauſam in terris ſibi non ſubditis temporaliter. Alex. con. lxxix. j. parte, ij. dubio. per c. ſuper quibuſdam. in fin. de uerb. ſig. c. conqueſtus. de fo. compe. in Spec. de delega. §. j. uerſic. iij. Anton. de But. cap. ex tenore. de foro compe.

Papa poteſt congregare populum, & illum ire ad littus ad reſiſtendum Saracenis, iubere poteſt. xxiij. diſt. §. igitur.

Papa poteſt ſibi legem, etiam derogatoriam, imponere, nō tamen ſucceſſori ſuo. Io. Mo. in l. licet Romanus. de conſti. li. vj. & Bal. in l. ij. in ij. col. uer. modò quæro, nūquid. C. de ſen. ex peri. reci. & Bal. in c. j. uer. conſuetudo. in fin. qui feu. da. poſ. & in tract. Schiſmatis. in iij. col. Item,

Papa non debet uti poteſtate abſoluta, niſi ex cauſa. Innoc. & Io. And. in c. innotuit. de elect. Bald. in l. fi. in j. col. uer. attamen. C. de quadrien. præſcrip. Item,

70 Papa ſolus poteſt compellere ſubditum renunciare ſuo beneficio. Inno. in cap. cùm inter. el j. de elect. Bald. in l. fin. in j. col. ad fin. uer. dicit Innoc. C. de quadrien. præſcrip.

Papa electus non indiget confirmatione. c. ubi periculum. de elect. in vj. & ideo

Papa ſtatim poſt electionem poteſt adminiſtrare. Bald. in l. fin. ij. col. uer. & dicit Innoc. C. de quadrien. præſcr. & in c. j. qui feu. da. poſ. Ioan. Andr. in Nouel. de author. & uſu pal. xxiij. diſt. in nomine Domini. gl. in c. nihil. de elec. & infrà eo. uer. cclxxxj. & uer. cxxj.

Papa poteſt eligere Imperatorem, negligentibus, uel diſcordantibus eis, ad quos pertinet electio. Bald. in l. fi. in ij. colu. in fi. C. de quadrien. præſcrip. & in tit. de pa. Conſtan. §. in ciuitate. in iij. col. in fi. glo. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. in vj. Car. in cle. j. in fi. prin. de iureiu. & §. Imperator. uer. lxxxvij. & in c. uenerabilem. & ibi Abb. de elec. uel ſi eligant ſcienter indignum. & ibi per Abb.

Papa non diſpenſat in his, quæ pertinent ad articulos fidei. Bal. in l. fi. in ij. col. uer. dicit etiam. in c. j. C. de quadrien. præſcrip. & Inno. in c. j. de biga. Card. in cle. ſi Romanus. de præben. c. literas. de reſti. ſpo.

† Papa an diſpenſare poſsit cum religioſo ſuper uoto continentiæ, uide Feli. in c. ſi quando. ad fi. ij. col. ibi, intelligat, niſi papa, &c. de reſcrip.]

† Papa habet plenitudinem poteſtatis. Abb. in c. unico. ut eccleſia. be. & ibidem plenitudo poteſtatis papæ eſt ſupra debitum officij papalis. Et quòd papa habeat plenitudinem poteſtatis, adduco bonum tex. in cle. j. in fi. ut lit. penden. & in c. propoſuit. de conceſ. præben. & in c. per uenerabilem. §. rationibus. qui fil. ſint legi. & Io. And. in c. j. de conſti. li. vj. & tex. in cle. paſtoralis. in §. fi. de re iu. & c. decreto. ij. q. vj. & gl. in c. propoſuiſti. in uerbo, non poſſunt. lxxxij. diſt. & Bal. in c. j. de conſt. dicit, quod plenitudini poteſtatis nil reſiſtit: nam omnem legem poſitiuam ſuperat, & ſufficit in principe pro ratione uoluntas. Allegat l. j. ff. de conſti. prin. & uide Bal. in l. ij. in xliiij. q. C. de ſeruit. & aqua. quòd plenitudo poteſtatis eſt plenitudo arbitrij, nullius iuris poſitiui ſubiecta regulis. Et dixit Inn. in c. innotuit. de elec. ꝙ papa non utitur plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa. Refert Bal. in l. fi. C. ſen. re. non poſ. & per clauſulam, Non obſtante, papa, ſeu princeps, utitur plenitudine poteſtatis, quando hoc clarè apparet, quòd uoluerit uti iure ſupremæ poteſtatis. Bal. in l. ſi teſtamentum. C. de teſta. do. Ant. & Inn. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. per Alex. de Imo. in l. quáquam. C. de teſt. mi. & in l. quidam conſulebant. ff. de re iu. & uide Paul. de Caſt. conſ. ſuo cclxxx. incipiente, In facto præſenti non intendo adulari. ubi quærit, an papa cenſeatur uelle uti plenitudine poteſtatis.

* S. P. plenitudinem, ut noſtri dicunt, poteſtatis habet. c. ad honorem. de auth. & uſu pallij. c. cuncta per mundum. c. per principalem. c. nemo. ix. q. iij. hinc Bal. in l. Barbarius. in extre. ff. de off. præto. S. P. omnia, & ſuper omnia eſſe tradit, & in c. cùm ſuper. col. j. de cauſ. poſſeſs. & propr. S. P. omnia ſupra ius, extra ius, ac contra ius poſſe, & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. iij. ut lit. pendent. S. P. Dominum dominantiū, & regum regem eſſe, & illuſt. Cardin. Hoſtien. in c. cùm ueniſſent, de iudici. S. P. quadrata rotundis mutare poſſe, & gl. in c. conſequens. diſt. xj. apud S. P. plenam iuriſdictionem eſſe, penes alios uerò ſemiplenā, & Bald. in l. ſacrilegij. C. de crim. ſacri. de S. P. poteſtate diſputare, ſacrilegiū eſſe, & cum cauſa cauſarum S. P. ſit, ut ipſe Bald. teſtatur in c. eccleſia S. Mariæ. col. pen. ut lit. pendente. neminem rationem eorum, quæ agit. ab ec. ſibi reddi, petere poſſe. Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum. uer. lxxxix. Bal. in prælu. feu. col. xij. & in l. fi. col. j. in exte. C. ſen. reſcin. non poſ. Iaſ. con. cxlv. col. ij. uol. ij. Æmilius Maria Manoleſſus.

* S. P. non niſi diſcretè plena ſua poteſtate uti debet. gl. ij. in c. quanto. de iureiuran. gl. in c. nō eſt. de uoto. tex. in c. manet. xxiiij. q. iij. Bal. in d. c. quanto. co. iij. Iaſ. con. cxlv. col. iij. uol. ij. Æmilius Maria Manoleſſus.

* S. P. plenitu. poteſtatis uti non debet, niſi, ut ea utatur, ſumma eum cauſa, ſummaque ratio impellat. Innoc. S. P. & illuſ. Card. Ab. in c. innotuit. de elec. Bal. in l. ij. C. de commu. rer. alienat. Iaſ. cō. cxlv. col. iij. uol. ij. Æmili9 Maria Manoleſſus.

† Ad papæ iudicium recurrendum eſt, qualitercunq; oriatur difficultas, & ambiguitas, ſiue in foro ſeculari, ſiue eccleſiaſtico, ſiue in cauſa criminali, ſiue ciuili. Quod nota cōtra Legiſtas, qui in caſibus dubijs de iure ciuili nolunt ſtare determinationi factæ per canones. Abb. in c. per uenerabilem. in fi. qui filij ſint legit.]

† Papa ex maxima cauſa poteſt diſpenſare cōtra nouum Teſtamentum. Abb. in c. fi. de diuor.

Papa ſuccedit in omnibus, quę Imperator tenet ab eccleſia Romana, uacante ſede Imperij. Bald. in d. l. fi. in ij. col. uer. item dixit. & Inn. in d. c. licet. de foro compe. circa prin.]

Papa debet iuuare Imperatorem, & punire rebelles eius, non tamen

tamen debet iurisdictionem exercere in terris imperij. Bal. in d.l.fi.in ij.col.uer.item dixit.

* S. P. cùm Imperator non est negligens, sed uasallos ad sibi obtemperandum compellere non potest, non succedit in locum Imperatoris: sed debet eum adiuuare, sacris, & fideliũ consuetudine interdicendo eis, qui perduellionis rei essent, Imperatorique, ut domino parére recusantes, ab eo deficerent. Inno. S.P. in c.licet ex suscepto.de fo.compe. Abb.in c. quod super his.col.ij.de uot. in c.nouit.ij.no.de iudi.in cap. excommunicamus.il j.col.iij.de hæretic.in c.j.col.fi.de offi. ordina.Ias.con.ix.nu.2.uol. iij. Æmilius Maria Manolessus.

Papatus non potest auferri per omnes clericos mundi. Bal. in l.pen.C.de bo.quæ libe.in uersi.item nota.

Papa potest retractare gesta sui præcessoris, quæ sunt contra statutum ecclesiæ.Bal.in l.pe.C.de bo.quæ libe.

Papali sede uacante, iurisdictio est apud collegium cardinaliũ. Bal.in l.ubi absunt.ff.de tu.& cura.da.ab his. Vide Innoc. in c.hi, qui.de maio.& obed.

Papa scribens excommunicatis, non appellat eos fratres, uel filios.in Spec.de rescripti præsenta.§.iij.uer.& no. in ij. col.

80 Papa non perdit possessionem rerum occupatarum à tyranno.Bal.in l.malè agitur.in fi.C. de præscrip.trig.annorum.

Papa non uidetur in dubio ad se causam aduocare, nisi dicat expressim, non autem si citet partem coram se. Bal. & Phil. in c.ut nostrum.de appel.

Papa promouens ad episcopatum homicidam, uel apostatam, uidetur dispensare, si scienter facit. Bar. in l.Barbarius.x.col. de offi.præto.dixi in tract.de Episcopo, ij.lib.

Papa committens simoniam, non minus peccat, quàm alij. Car.in c.fi.de simo.& in cle.j.ij.col.de sum.tri.

Papa diffinit dubia circa fidem.d.cle.j.§.porrò.& ibi Car.& gl. in c.sicut unire.de excess.præla.

Papę electio debet fieri in ciuitate, in qua, uel prope quam defunctus est præcessor.clem.ij.§.sanè. & ibi Car. de elec. ubi uide omnino.& in c.ubi periculum.eo.tit.in vj.

Papæ electio in loco interdicto fieri potest.Car.in d.§. sanè. ij. q. sed cardinales ad illum locum ire non tenentur: si tamen uadunt, & eligunt, ualet electio.

Papa, & Imperator, possunt priuilegiare contra ius.s̃. Imperator.uer.xv.& per discursum.

† Papa, uel Imperator, si aliquid scribat, quod uideatur contra ius, aut irrationabile, non debet officialis, uel alius, ad quem illud dirigitur, statim exequi, sed expectare secundas literas, seu secundam iussionem. Text. est in ca. si quando.& ibi per Panor.in ij.not.de rescrip.do.Iason in l.j.in ij.lect.in iiij.colum.uer.secundò pondera.C.de summa.trini.]

Papa an iudicet contra infideles.Card.in clem.j.de testi.

Papa potest facere de uno episcopatu duos.gl.in l.ij.in uer.castella.C.de offi.præfe.Afri.& c.quod translationem.de offi. legat.& in gl.in c.sicut.de exces.præla.xvj.q.j.præcipimus. Item potest de duobus facere unũ, & unire.d.c.sicut.cũ glo.

90 Papa potest derogare iuri ciuili in his, quæ concernunt peccatum.in c.fi.de præscrip.c.nouit.de iudic.

Papa ex quibus causis petit à subditis subsidium charitatiuũ. Oldr.consi.ciiij.

Papa solus potest dare licentiam celebrandi diuina officia in ecclesia interdicta.gl.& doc.in c.ad hoc.de appel. quæ dicit secus esse in episcopo. Sed

Papa non potest dare licentiam excommunicato, uel interdicto celebrandi diuina officia.Inn.in c.præterea. el ij. de appel.dum allegat c.nulli.de sen.excom.& ibi per doctores.

Papa an possit legitimare filium sacerdotis. Pau.de Cast. cons. ccxxiij.quod incipit, Videndum.in prin.ij.col.quòd sic.

Papa non habet temporale dominiũ in temporalibus in subditis Imperij.gl.in cle.j.de iureiu.Vide p Ab.in c.nouit.de iud.

Papa si eligitur hæreticus, uel schismaticus, dicitur apostaticus, non Apostolicus.Bald.in trac. Schis.xiiij.col.

Papa potest eligi de omni natione. Bal. in tract. Schis.xiij.col. dummodò non sit hæreticus, uel infidelis.ibidem.

Papa potest testari, & mutare testamentum suum.Bal.in l.cùm hæredes.C.qui testa.face.pos.& ibi gl.nota.

Papæ electio facta metu, est nulla. Bal. in tracta. Schis.ij.col. etiamsi per Cardinales sit dispensatum.Bal.ibi per cle.ne Romani.de elec. Vnde

Papa non est, qui per metum eligitur.Bal.ubi s̃.

100 Papa debet esse electiuus, non datiuus.Bal.in l. quæcunq;. C.de bo.quæ lib.in ij.col.

Papa concedendo abbati munus benedictionis, non uidetur eum eximere à iurisdictione ordinarij, siue cum protestatione, siue sine.c.inter monasterium.& ibi Ioan. And. & Sicu.in ulti.no.de re iudi.

Papæ electio in quo loco fieri debeat, si papa decessit in mari. s̃.uer. Electio ad officium.uer.xxj.

Papa eligi nõ potest, nisi unus de numero cardinalium. lxxix. dist.oportebat.& sequ.

Papa, & Imperator regunt orbem.xcvj.dist.duo. Sed

Papa est supra Imperatorem, sicut Sol supra Lunam.glo.in c.si Imperator. ea.dist.& ĩ.

Papa potest præcipere, & suadere principibus, quòd expellant Iudæos de terris eorum, & eis auferant bona: sed non debet, si bene uiuant. Old.cõ.lxxxvij.& pulchrius.in cõs.264.

Papæ narranti factum suum, uel alienum, an credatur. Paul.de Cast.consi.cclxxx.quòd sic.

† Papa loquẽs de cardinalibus simul, uel scribens eis, appellat eos fratres: sed si separatim, tunc ipsos cardinales dicit fratres, sed episcopos dicit filios.gl.in c.j.de off. deleg.in vj. & Car.in proœ.Cle.in prin.& Car.in cle.j.§.j. de reli.& uene.san.per Abb.in c.quàm graui.de cri.fal.Card.in cle.j.§.j. de iureiur.Item reges appellat filios.infrà, Rex.uer.xliiij.

† Adde, quòd papa potest dare licentiam cardinali testandi de bonis acquisitis occasione cardinalatus, secundum Ange. & Imolam, in l.si seruus communis.ff.de stipula.ser. Contrarium tamen tenet Panor. in monacho. in repe. c. cùm esset. de testa.secundum Iason.in authen.ingressi.C.de sacrosan. eccles.]

Papa celebrat concilium generale.Car.in proœ.Cle.§. nec sanè.xvij.dist.in princip.& c.ij.& cap.non licuit. sed pallium prouinciale facit archiepiscopus, uel primas, uel patriarcha.in c.cùm olim.de acc.episcopus uerò synodum. de ma. & obe. quod super his. Capitulum uerò monachi. de statu mona.ea, quæ.& c.in singulis.& Card.ubi s̃.uide glo.in cap. sicut.de exces.præla.

110 Papa dicitur dominus rerum omnium ecclesiarum, quo ad protectionem tantùm. Car.in clem.j.de sum.tri.& habet plenam administrationem, & dispositionem omnium beneficiorum, & rerum singularium: ut ibi.

Papæ soli creditur in præiudicium alterius, non alteri, etiam cardinali legato.no.in c.cùm à nobis.& ibi Abb.de test.

Papa procedit de consilio fratrum cardinalium.cle.j. in princ. & ibi Card.de senten.excom. De cuius effectu uide de re iudi.ad Apostolicæ.in vj.& de hæreticis.in vj.c.super.

Papæ uerbum, & literæ, æquiparantur. c. cùm à nobis. & ibi Abb.de testib.

Papa an possit pro oneribus incumbentibus ecclesiæ Romanæ sine consensu cardinalium alienare, uel pignorare bona ecclesiæ immediatè subiecta, & an bona ecclesiarum particularium.Pau.de Cast.con.cclxxx.& suprà eo.uer. xliiij. & infrà, uer.clix.& seq.quòd sic.

Papa an præsumatur uti plenitudine potestatis. Paul. de Cast. consi.cclxxx.quòd nõn.& suprà eod.uersi.lxviij.

Papa non potest reuocare sententiam suam.Bal.in l.ij.in ij.col. uer.modò quæro. C.de sent. ex peri. rec. quòd sic de plenitudine potestatis: sed an alius.infrà eo.uer.cxlvj.quòd non.

Papa quæ non confirmet.in Spec.de rescrip.præsenta.§.ratione aut formæ.

Papa per solos cardinales eligi debet de consuetudine. Hosti. in c.licet.de elec.Bald.in Marg. uer. Electio.in vj.& in c.ubi periculum.de elec.in vj.

Papa debet eligi à duabus partibus cardinalium: aliàs non dicitur uerus papa.per d.c.licet.Bal.in d.tract.Schisma.ij.col. & in xiij.col.

† Papæ electio an uitietur per uitium illiteraturæ.uide Felin. in c.si quando.in pe.col.in uer.dum.gl.hic.de rescrip.]

120 Papa habet plenitudinem potestatis ex sola electione. Bal. in tract.Schis.xiij.col.& xxiij.dist.in nomine.lxiij. dist. ego. gl.in d.c.licet.de elec.& infrà eo.uer.cclxxxj.

† Papa de plenitudine potestatis potest nuda uoluntate quẽ beneficio priuare.no.gl.ix.q.iij.per principalem.de reli. do.

c. constitutus. & patet ex tex. cle. j. ut lite pen. per quem tex. ita decidunt Pau. do. Ant. & Inn. ibi. & facit c. ij. de præben. li. vj. sed aliam rem meam non potest mihi auferre, quia in me non habet liberam potestatem: no. do. Anto. in d. cle. & do. Ant. post Inn. in c. quę in ecclesiarum. de consti. & Inn. in c. quia pleriq;. de immu. eccle. uoluit Abb. in c. inquisitioni. de sen. excom. & d. c. quæ in ecclesiarum. & in d. c. constitutus. & Rota. conclu. xix. & Ang. cons. cxxxix. incip. Visis omnibus statutis & reformationib. in iiij. col. & quod no. per eum & alios in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscri.]

† Papa nemini subijcitur, nec potest etiam per concilium iudicari, nisi de hęresi. xlj. dist. si papa. & xxij. dist. nunc autem. & no. Inn. in c. ex parte. el j. de uer. sig. & Io. And. in c. in fidei fauorem. de hęre. lib. vj. & in c. proposuit. de concess. pręben. super gl. dispensare.]

† Papa in casu quo posset ab alio iudicari, non debet in ius uocari sine eius permissione, & uenia: sicut dicimus in liberto. not. do. Ant. in c. cùm uenissent. de iudi. in pe. col.]

† Papa tenet hodie monarchiã totius mundi, & utrumq; gladium: tamen non potest legitimare ad successionem hæreditatum, nisi in terris temporali iurisdictione sibi subiectis. no. Rota. conclu. cxcij. aliàs. cc.]

† Papæ summa potestas, & plenitudo eius, non potest per inferiorem possideri: quia illam papa habet, & nullus inferiorum est illius capax. no. do. Ant. in c. fi. in xxv. col. de causa pos. & pro. in uersic. nunc. Et hoc, nisi papa illam plenitudinem potestatis concedat: ut no. per eundem, eo. c.]

† Papa potest de potestate absoluta quicquid uult, & quamdiu uiuit potest mutare quadrata rotundis: de ordinaria tamen potestate non licet papæ alienare res ecclesię sine causa. Do. Anto. in c. cùm uenissent. de iudi. in uersi. oppono secundò, & in cle. si Romanus. de præben.]

† Papa potest in omni casu defectum supplere. not. d. Ant. de coha. cle. & mulie. cap. uestra. in xxvij. col. in prin.]

† Papa potest reuocare sententiam etiam arbitralem per laicum, quando ille laicus, etiam nõ recognoscit superiorem, saltem de facto. Et ita debet intelligi cap. exposita. de arbit. ut no. Fede. de Senis consil. ccxxxv. licet domi. Anto. aliter intelligat illum textum.]

† Papæ generalia uerba non faciunt, ut querimonia iam sopita debeat suscitari: quia in generali sermone non uenit id, quod quis in specie non esset uerisimiliter concessurus: ut in regula, in generali. de reg. iur. lib. vj. & in c. fi. de offi. uica. eo. tit. Abb. in c. exposita. in ulti. col.]

Papa quibus casibus reseruet sibi absolutionem. Inno. in c. nuper. de sent. excom. circa finem, enumerat quinque.

Papa an præscribat, &

Papa an patiatur præscriptionem. in Spec. de pręscrip. uersi. illud. ubi in utroq; tenet, quòd non, cùm habeat plenitudinẽ potestatis in qualibet ecclesia. Item cùm papa nihil perdat. Addo Inno. in c. bonæ. el ij. de postu. præla.

Papa potest præscribere subditum Imperatoris, non econtra. Car. in cle. fi. vij. q. de censi.

Papam debet quis osculari in pede. glo. ij. in l. j. C. de dome. & protecto. lib. xij.

Papa concedens beneficium clerico inhabili, uidetur uoluisse cum eo dispensare, si scienter contulit. gl. in c. cùm ecclesias. de exce. facit gl. in uer. oportet. in l. imperialis. §. j. C. de nup. & no. per Bar. in l. quidam. de re iudi.

Papa faciens ex certa scientia, uidetur facere de plenitudine potestatis, non tamen uidetur tollere ius parti. Vnde

Papa rescribens alicui, quòd conferat certa beneficia, uidetur auferre ordinario ius conferendi. Inno. & Io. And. in c. capitulum sanctæ crucis. de rescrip. & Pet. de Sun. in l. iudicium soluitur. ff. de iudi.

Papa potest dispensare, quòd sponsa unius, non tamen carnaliter cognita, possit alteri despõsari. Bal. in l. Deo nobis. iiij. col. uer. ulterius no. hoc. C. de epis. & cler.

130 Papa, & sedes Apostolica, sunt diuersa. gl. in c. abbatem. de elec. in vj. Car. in cle. ij. in prin. v. q. de relig. domi.

Papa potest permittere usuras populis, & Iudæis, & eas tolerare: ut plenè per Alex. de Imo. in consi. j. ij. parte, & consil. cvij. & cõ. lvij. j. parte. Car. no. in cle. j. §. fi. xxvij. q. de usuris. dicit, quòd papa non potest indistinctè permittere usuras, sicut non potest indistinctè matrimonium prohibere: sed certis personis sic. per no. in c. ex publico. de cõuer. coniug. facit x. dist. non licet. cum gl. & Anto. de Prato ueteri, in consilio, Paucis utar. quod est post consilium xl. Alex. de Imol. iiij. parte, ubi omnino. † Vide do. Ias. May. in l. cunctos. de sum. tri. & fide catholi. nu. 65. & nu. 74. & nu. 75. & in repet. eiusdem l. nume. 29.]

Papa nõ potest dispensare super usuris, cùm sint prohibitæ iure diuino. c. super eo. de usuris. & Ant. in d. suo consi. ij. col. Item,

Papa non potest dispensare in prohibitis Testamento ueteri & nouo. Ant. de But. & Io. And. in c. super. de usu. & Ant. de Pra. in d. consi. ij. col. Nec contra Euangelium, nec ius diuinum. xxvj. dist. deinde. xiiij. dist. sicut. & glo. in c. literas. de rest. spo.

Papa habens patrem, debet eum honorare. Bal. & Ludo. Pon. in l. adoptiuum. in fi. ff. de in ius uo. Sed ar. contrà per Bald. in l. senium. j. col. C. qui test. fa. pos. ubi dicit maiorem esse authoritatem magistratus, quàm patris. Sed hoc uerũ in actibus publicis, in quibus filius præferendus est: in priuatis uerò pater, ex sententia Thauri philosophi, secundum Aul. Gel. li. ij. c. ij.

Papa potest dispensare cum periuro, quòd admittatur ad testimonium. argum. cap. cùm I. & A. de re iudi. quia

Papa dispensat in multis grauioribus. per glo. in c. quod translationem. de offi. deleg. & in Spec. de teste. §. nunc dicendũ. & in practi. Papien. in forma iuramenti testium. uer. Protestantis. ij. col. & in Spec. eo. tit. de teste. §. j. uer. sed quæritur. & j. uer. Periurus. in uer. ultimo.

Papa potest esse iudex in causa propria tam per se, quàm per suum delegatum. Bar. in l. & est receptum. ff. de iurisd. om. iud. per l. & hoc ita. de hære. insti. Bal. in l. cum antiquiorib. C. de iu. deliber. in antepenul. col. & s. Imperator. uer. clxix.

† Vide Felin. in cap. cùm uenissent. in iij. col. uerb. limita. 2. de iudi.]

Papa potest esse iudex in causa ecclesiæ. Car. in cle. j. §. fi. j. opp. de iureiur.

Papa est iudex in causa, quam habet etiam cum Imperatore. Car. ubi s. ij. oppositione.

140 Papa potest declarare intentionem suam, & sui præcessoris. Bal. in d. l. cum antiquioribus. penul. col.

Papa non potest includere monialem inuitam, secundũ Oldr. consilio xcvj.

† Papa anteponit se illis: quibus scribit: & si contrarium seruatur in literis, literæ non ualent. Abb. in procemio Greg. & de materia in c. quam graui. de crimine fal.]

† Papa non dicit in epistolis & literis, In Christo, nisi scribat abbatissæ, uel regibus. Abb. in procemio Grego.]

† Papa nuncupatur summus pontifex: & dicitur summus, respectu aliorum. Episcopus autem potest appellari summus sacerdos & pontifex maximus, respectu aliorum sacerdotũ. Sic intelligitur xxj. dist. cleros. uer. pontifex. Ab. in c. in causis. in prin. de re iudi.]

† Papa an possit tollere ius ciuile in concernentibus animã, seu peccatum, dic quòd sic: ut in c. nouit. de iudi. Vide Bart. in l. priuilegia. C. de sac. san. eccle. & uoluit gl. in regula, possessor. de reg. iur. li. vj. Abb. in c. fi. de præscrip. in j. col.]

† Ad papam spectat interpretatio dubiorum, adeò quòd potest interpretari dubia iuris ciuilis. c. super literis. de rescrip. c. uenerabilem. de ele. c. literis. de resti. spo. c. per uenerabilem. qui fil. sint legi.]

† Papa an possit dispensare cum unico filio regis religioso, ut contrahat matrimoniũ ad tempus, scilicet donec suscipiat filium, & postea redeat ad monasterium. Abb. in c. ex publico. in ult. col. de conuer. coniug. & sic ex magna causa papa potest dispensare contra uotum religionis. Abb. in c. j. in iij. col. de uo. & uoti redemp. & in c. cùm ad monasterium. in vj. col. de statu mo. uide Io. And. in regula, actus legitimi. de reg. iur. lib. vj. in Mercu.]

† Papæ, & Dei idem est consistorium: & potest papa ferè omnia facere, quæ Deus potest, claue non errante. Host. in c. quanto. de transla. præla. Inn. in c. quanto. de iureiur. Abb. in d. c. proposuit. in iij. col.]

† Papa non potest dispensare contra uniuersalem statum ecclesiæ.

* clesiæ. Abb. ibidem.] * S. Pontificis dispensatio sine causa facta, dissipatio potius, quàm dispensatio est. Archid. in cap. consequens. Dixi. Ioan. And. in cap. de multa. col. v. de decimis. Iason consi. cxlv. col. iij. uol. ij. Æmilius Maria Manol.

† Papa habet potestatem in laicos, quando disponit in finem salutis animarum. Abb. in c. cùm infirmitas. in ij. col. de pœ. & remis.]

† Papa non potest compellere sacerdotem ad reuelandum, quòd sibi fuerit in pœnitentia detectum. Abb. in c. omnis utriusque sexus. in viij. col. de pœni. & remis.]

† Papa si concedit indulgentiam uerè pœnitentibus, & confessis, an prosit illis, qui fuerunt confessi semel in anno. Et dic, quòd sic, ex quo habent propositum confitendi, & contritionem de peccato præterito: nam ibi dicuntur uerè pœnitentes, ex quo habent contritionem, & uerè confessi sunt, ex quo fuerunt confessi tẽpore determinato, & habent propositum confitendi: nam contritio est illa, quæ multum operatur. Abb. in d. c. omnis utriusque sexus. in viij. & ix. col.]

† Papę pœnitentia ex causa potest moderari per sacerdotem, & episcopum. Vide glo. xxvj. q. vij. c. tempora plenitudinis. & in c. latorem. xxxiij. q. ij. Facit quod legitur & no. in. cap. Deus, qui. de pœn. & remis. per Abb. & alios.]

† Papa cùm scribit episcopo, & superiori, appellat eos fratres, quasi papa non sit eis maior, sed ęqualis in ordine: sed in administratione est maior: ut est bonus tex. cum glo. in cap. nouo. xxj. dis. alios uerò appellat filios, quasi eis sit maior, & in ordine, & in administratione: & cùm facit mentionem de cardinalibus permistim, appellat eos fratres: si uerò sigillatim de eis facit mentionem, ipsos cardinales appellat fratres tres, reliquos filios: ut in c. licet. el ij. de testibus. Item reges appellat charissimos filios: reliquos uerò principes appellat dilectos filios. Iudęum tamen, infidelem, uel paganum non appellat filium Abb. in c. quàm graui. de cri. fal.]

† Si sunt tantùm duo cardinales, an possint unum ex se in Papam eligere. Io. de Ana. in c. fi. de sorti. in v. col. in uer. v. ubi allegat Hosti. in c. licet. de elec. ubi concludit, quòd sic.]

† Papa nunquid possit prouidere dispensatiuè, ut duo episcopi sint in eodem episcopatu omnino pares. tex. singulariter uidetur innuere, quòd sic, in c. non autem. vij. q. j. nam hoc accidit in persona Augustini: ut ibi habetur. Refert tamen Arch. in c. quoniam. de offi. ordi. Augustinum dixisse, quòd si sciuisset prohibitionem ecclesiæ, non acceptasset. Credit tamen Abb. in d. c. quoniam. quòd ex causa posset papa hoc statuere: nam olim in primitiua ecclesia omnes episcopi regebant ecclesias in communi, ut nota. in cap. cùm sit Romana. de appel.]

† Duo papæ, uel duo Imperatores an possint creari, uide gl. in c. non autem. vij. q. j. quæ in summis pontificibus tenet, quòd non: quia esset contra articulum fidei, & ecclesiã sanctam. Item contra dictum Euangelicum, Et fiet unum ouile, & unus pastor. Secus in Imperatoribus, cùm sint uicarij, & defensores Romanæ ecclesiæ. ut clementi. Romani. de iureiurando. & dic, ut ibi notat Abb. in d. c. quoniam. circa fin. de offi. ordi.]

† Papa an teneatur confiteri peccata sua uni sacerdoti, quem ipse elegerit. dic quòd sic. Vnde electio pertinet ad eũ, quia non reperitur eo maior. & idem tenet Hostien. in Summ. de pœniten. & remis. in §. cui confitendum. & uer. cui papa. & Io. And. idem tenet in c. significasti. de foro competen. & ibi per Abb. & per eundem in c. omnis utriusque sexus. de pœniten. & remis. & uide glo. singula. & ibi Abb. in c. sanè. el ij. in ij. col. de offic. deleg.]

† Papa non præsumitur aliquid facere motu proprio, nec ex certa scientia, nec ex plenitudine potestatis, nisi hoc exprimat. Primum probatur in c. si motu proprio. de præben. lib. vj. Secundum probatur per Ioan. And. in c. statutum. de rescrip. eo. li. in glo. fin. & in c. porrecta. de confir. uti. uel inuti. & Innoc. in c. innotuit. de elect. Et quo ad tertium de certa scientia, uide Oldra. in consilijs suis, de confir. uti. uel inuti. consi. ccxxxvij.]

† Papa si mandat reuocari quicquid immutatum, uel factum est, debet intelligi de eo quod factum est illicitè, & iniustè, non de eo quod iustè. de restit. spo. audita. & ibi Abb. Ideo dixit Compost. de rescrip. causam quæ. quòd quando papa mandat beneficium alicui conferri, non obstante collatione prius alteri facta, debet intelligi de collatione inualida, nisi specificè expressit de ualida. Et de hoc etiam not. dom. Ant. in c. j. de consti. li. vj. in uer. tertius casus.]

Papa potest concedere monacho licentiam testandi. Bal. in authen. si qua mulier. de sacrosan. eccle. Bal. in l. certum. x. col. C. unde cognati.

* S. P. tantùm Concilium uniuersale conuocandi potestatem habet: alius uerò nemo sine eius mandato: & concilium sine eius authoritate conuocatum, non concilium, sed conciliabulum est. c. j. ubi gl. & seq. per totam illam dist. xvij. c. regula. uer. porrò. dist. iij. c. obedientiã. dist. xciij. c. mandastis. ubi Arc. ij. q. v. c. dudum. iij. q. vj. c. significasti. de electio. Ab. in c. licet deuitanda. col. iij. de election. Io. Imol. in c. graue. de pręben. col. pe. vj. q. Card. Zab. con. cl. q. ij. Iason con. xcv. col. ij. dub. j. uol. iiij. c. ix. Machab. Aymar. Archiep. Remen. in tract. suo de Synod. c. xviij. Illust. Card. à Tur. Cremat. in c. j. q. iij. dist. xvij. Æmilius Maria Manolessus.

* Summi Pontificis authoritate concilium uniuersale congregandum est, etiam cùm congregatur ob crimina, quæ ipse S. P. admisisse dicitur. Sed ne tunc quidem concilium eum damnare, eius'ue causam, quæ unius Dei est iudicio reseruata, cognoscere potest. c. concilia. §. hinc etiam. dist. xvij. Ias. con. xcv. col. ij. uol. iiij. Æmili9 Maria Manolessus.

* Summi Pontificis absq; auctoritate concilium uniuersale congregari potest à S. R. E. Cardinalib. cùm rogauerunt, ob secrauerunt, & monuerunt S. P. ut concilium congregaret, & ipse id facere detrectauit, uel cùm sedes uacat, & uniuersæ Christianæ Reip. periculum imminet, uel alia iusta causa subest. c. fi. ubi gl. dist. lxv. c. j. ubi glo. de schismatic. in vj. gl. in c. antiqua. de priuileg. Iason consi. 95. col. ij. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

* Summus P. cùm Christianæ Reip. periculum imminet, & Cardinalibus orationibus rogantibus, & obsecrantibus, ut concilium conuocaret, morẽ gerere noluerit, suspectus de hęresi uidetur, ideo S. R. E. Cardinales sine eius authoritate congregare concilium possunt. Illust. Card. Tur. Crem. in c. j. q. iij. dist. xviij. Æmilius Maria Manolessus.

Papa non potest se subijcere concilio generali. Ioan. And. in c. cùm uenissent. de iud. & per gl. in c. sanè. de offi. dele. Contrarium no. in c. nos si incompetenter. ij. q. vij. ubi papa se subijcit aliorum iudicio. Io. Pe. de Peru. in l. & est receptum. de iurisd. om. iud. ubi Alex. & etiam doct. post Bar. Et nisi se subijciat, iudicari nõ potest à concilio. gl. & in c. nemo. ix. q. iij. & gl. in c. mandastis. ij. q. iij. per §. hinc etiam. xvij. dist. Itẽ uide in Spec. de pœn. & re. uer. quid si papa. ubi tenet, quòd potest se subijcere sacerdoti. & ibidem uide in uer. sed nunquid papa. ubi dicit, quòd nõ potest sibijpsi remittere de pœnitentia per sacerdotem iniuncta, sine licentia ipsius sacerdotis.

Papa potest se subijcere iudici seculari. gl. in proœ. 6. li. uer. seruus. sed doct. contrà, ibi. & Io. Andr. & alij, in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutio.

Papa non potest iudicari ab Imperatore. xcvj. dist. in scripturis. Item nec ab ullo alio, cùm non habeat superiorem. ix. q. iij. patet. per totum. & c. aliorum. & glo. in d. c. nemo. nisi sit hæreticus. Io. de Ligna. in tract. de sen. excom. j. parte, in fin.

Papa est maior Imperatore. Inno. in c. nouit. de iud. & Bald. in proœ. Digest. vj. col. & Alex. in l. j. §. j. in fi. ff. de requi. reis. &

† plenius per Abb. in d. c. nouit. ubi fin. loquitur. & infrà. † Et per Feli. in d. c. nouit.]

Papę sententia non potest retractari. ix. q. iij. patet. & sequ. usque ad fin.

Papa potest committere causam appellationis ipsimet iudici, à quo, quando appellatio est ab interlocutoria. gl. in l. eos. in prin. C. de appel. Quod uerum est, secundum doct. ibi, cum clausula, Ex certa scientia. per c. dilectis. extrà, eo. tit.

Papa solus, & sine concilio potest Imperatorem deponere. gl. & doct. in c. ad Apostolicæ. de sen. & re iud. in vj. Bar. & Bal. in l. fin. C. de legi. & in l. j. ff. de requi. re. & suprà, Imperator. uer. lxxix.

Papa hæreticus debet deponi. xl. dist. si papa. & gl. in c. ad Apostolicæ. de sen. & re iud. in vj.

150 Papa hæreticus debet damnari per concilium, coram quo potest

potest accusari.xvij.di.§.hinc etiam.ij.q.vij.§.item cùm Balaam.Arch.in c.in fidei.de hæreti.in vj.Cardin. in c.licet.de elec.& in cle.ij.§.nuncij.ad fi.de hæreti.ubi etiã dicit, quòd quia concilium non facilè congregatur, potest papa per successorem damnari de hæresi, cùm non habeat superiorem, nisi concilium:argu.d.c.licet.in fi.

† Papa non potest in uita sibi eligere successorem, quia effectus confertur in tempus, quo non erit papa.glo.est in §. his omnibus.viij.q.j.quam dicit ad hoc no.Iason in rubr.C.qui testa.face.pos.]

Papa non potest se intromittere de temporalibus, nisi ex causa maxima.c.causam.qui fil.sint leg. & Abb. in c. uenerabilem.j.col.de elec.

Papa non potest laicos priuare iure eligendi, uel alio. Ab. in d. c.uenerabilem.& Inn.in c.inquisitioni.de sen.excom.

† Papa de plenitudine potestatis potest ratificare sententiam latam à iurisdictione carente, secundum Inno.in c.prudentiam.de off.deleg.in gl.quæ incipit, sed quid si iudex. Sequitur pro ualde no.Hipp.de Marsi.fin.ix. incip. Tu scis, quòd exceptio.]

Papa potest facere sine cardinalibus negotia ponderosa. Paul. de Cast.in l.j.ff.de legi.

Papa non potest tollere sacramentum eucharistiæ, sed potest disponere de nouo circa illud.Cardi.in clem.j.§.fanè.de sta.mo.de pœni.dist.v.in summa.

† Papa an dispensare posit, quòd quis sine baptismo saluetur: uide Felin.in c. quæ in ecclesiarum. in vj. col. circa medium.de constitu.]

Papa non potest priuare electionarios Imperatoris iure eligendi, sed potest eis negligentibus, prius monitis, eligere, uel eis discordantibus in numero pari.in c. uenerabilem. & ibi Abb.de elec.& gl.& doct.in c.ad Apostolicę.de re iud.in vj.

Papa auferens beneficium uni de plenitudine potestatis, & alteri concedens, tenetur illi prouidere de alio simili.Bald. in c.j.§.ad hoc.de pace iur.fir.Ale.in l.prohibere.§.planè, quod ui, aut clàm.

Papa an possit alienare terras ecclesiæ Romanæ, uel ciuitates. Bal.in l.pen.C.de bo.quę lib.doc.in clem.j.de iureiur.Ioan. And.in Spec.de instru.edi.§.nunc autem.uer. quid si Imperator.& Bal.de pace Constan.§.successorum.& Bar. in l.pe. ff.de offi.præsi.

Papa potest alienare bona ecclesiæ, etiam sine consensu cardinalium.no.in c.ad audientiam.& ibi doc.de præscrip.Arch. xij.q.ij.nõ liceat.ubi not.contrarium per Io.Mo.& Io.And. c.super eo.de hære.in vj.& s.eo.uer.xliiij. † Vide Feli.in d.c. ad audientiam.in prin.]Item,

Papa solus potest concedere laico iurisdictionem temporalẽ, & alia iura pertinentia ad Romanam ecclesiam.d.ca.ad audientiam.& ibi doc.de præscri.

160 Papa potest cum bigamo dispensare ad sacros ordines promouendum.gl.ordi.in c.rector.xxiiij.dist.quæ tamen reprobatur per doc.ibi.quia non potest dispensare cum uxorato, secundum doct.Dixi in tract.de Episcopo, ij.li.

Papa an & quando possit dispensare super matrimonio inualido.Anto.Rosel.in trac.Legit.ij.li.

Papa non potest dispensare, quòd matrimonium contrahatur inter personas iure diuino prohibitas.c.literas. de rest. spo. Item nec circa substantialia monachatus.gl.ibi.& s.eo. uer. xxxviij.Item nec circa articulos fidei, uel generale statutum ecclesiæ.d.glo.nec quod adulterari non sit peccatum.d.glo. Item nec quòd quis habeat duas uxores simul:ut ibidem & adde j.eo.

Papa non potest conferre beneficia in terris Saracenorũ.Ang. in l.id, quod apud hostes.& ibi Alex.in l.fi. ff.de leg.j. Addo Inn.in c.quod super.in gl.magna.in uersi.pro defensione.

† Papa si promouet nepotem suum in cardinalem, quod caro & sanguis sibi reuelauit, & non spiritus.Bal.in l.tutor.§.quę tutoribus.ff.de excu.tutor.Andr.Barbat.in consi.xx. incip. Illud afferam.in v.col.uer.& adduco.in ij.uol.]

Papa potest concedere regnum spectans ad ecclesiam, licet per alium sit occupatũ: prout aliàs fecit regi Carolo, secundum Bart.in d.l.id, quod apud hostes. Addo Bart. in l. liber homo.ff.de uer.obl.

Papa potest concedere, uel donare regnũ, uel terras alicui sub conditione, si iuerit contra Turcas, secundum Old.in consi. cclxiij.& Bar.in d.l.id, qđ apud hostes.in l.fi.ff.de act.emp.

Papa potest concedere indulgentias euntibus contra Turcas. Inn.in c.quod super his.de uoto.circa prin.

Papæ ignoranti currit tempus, ligans manus ordinario in concedendis beneficijs uacantibus.not.in c.statutum. de præben.in vj.Bal.in l.quamdiu.C.qui admitti.

Papa præfertur Imperatori.Bald.in l.cum antiquioribus.pen. col.C.de iure delib.

† Papa licet non subijciatur legibus ciuilibus, tamen ipsas, quo ad forum seculare, tollere non potest.Fel. in c. canonũ. de consti.in ix.col.uer.tertia declaratio.]

170 Papa non ligatur lege, uel canone, uel constitutione sua papali.gl.in c.nulli.de sen.excom.& ibi Vin.Tancr.Gofr.& Phil.& gl.in c.si aliquem.eo. tit. & Io. in c. si inimicus. xciij. dist.in gl.& c.statuimus.de sen.excom.in vj.Item,

Papa participans excommunicato, non incurrit excommunicationem, quia est solutus canone.gl.& doct.ubi s. & Ioan. de Lig.in trac.de sent. excom. ij. charta, sed in episcopo secus est: ut s.uer.Episcopus in spiritualibus. uersic. lvij.cum seq.& dixi in tract.de Episcopo.

Papa participans excommunicato, etiam scienter, non uidetur eum absoluere.cle.si.cum gl.& ibi Car.de sen.excom. & gl.xciij.dist.si inimicus.

Papa conferens præbendam, concedere uidetur etiam canonicatũ annexũ præbendæ.Ang.in l.illud.de acq.hæredi.Item,

Papa donans ex plenitudine potestatis, transfert statim possessionem in donatarium.Inn.in c.bonæ.el ij.de postul.prę-la.& Bal.in Marg.uer.Papa.uersi. j. Addo bene facere quod dicit Bal.in c.j.in ij.col.quid sit inuest.

Papæ osculum significat beneuolentiam.cle.si.& ibi gl.& Car. de sent.excom.Item,

Papa non uidetur absoluere dicendo, Volo absoluere. Cardi. in d.clę.si.

Papæ electio est negotium Dei.Car.in cle.ij.§.fin.& ibi not.de ele.& uocatus est Dei dispensator.viij.q.j. licet. cle. ij. §.j.& ibi Card. de sepul.

Papa absoluit subditos imperio.xv.q.vj.alius.& per gl.& Car. in cle.ij.ij.opp.de re iudi.

Papa in rescriptis uel mandatis, præsumitur uelle seruari ius. c.si quando.de rescriptis.Car.in cle.si Romanus.de prębẽn.

Papa mandans prouideri alicui de beneficio, non uidetur dispensare de eius inhabilitate in dubio: secus, si constet de eius præcisa uoluntate.Car.ubi s.

180 Papa non potest ponere legem successoribus suis. c. fin.de rescriptis.in vj.c.innotuit.de elect.Card.in cle.dudũ.§.nos. de sepul.

Papæ literis priuilegialibus cardinales se subscribunt. suprà, uer. Literæ.

Papæ priuilegia non possunt per alios iudicari. in Spec. de iudi.delega.§.vij.uer.item si agam.

Papa cognoscendo de causa, uidetur eam ad se aduocare inter eosdem, non inter alios.Inn.in c.cùm oporteat. de accus. & Bal.ubi s.uer.ij. Addo Inno.in c.cùm in ecclesiarum. ad fin. de consti.

Papa mandans aliquem recipi in canonicum, uidetur etiam mandare, quòd ei conferatur canonicatus.Inn.& Host.in c. cùm te.in ult.col.de rescript.

Papa scribens pro indigno, præsumitur circumuentus.Inn. in d.c.cùm te.de rescrip.& Bal.ubi s.uersi.iiij.

Papa potest tollere præscriptionem. infrà, Præscriptio tollitur.uersi.j.

Papa utens in bullis uerbo, Mandamus, non rumpit ius commune: secus, si utatur uerbo præcipimus.Hostien. in c.capitulum.de rescrip.not.in l.sæpe.de offi.præsi. Bald. in Marg. uer.Papa.uersic.v.

Papa potest errare in fide.Innoc.in c.j.de sum. trin.licet in dubio non præsumatur errare, secundum Bal.ubi suprà, uersi. viij. ubi dicit cautelam esse, quòd quis dicat, Credo quod credit sancta mater ecclesia, non quod credit papa.

† Papa, si errat, à quo corrigatur: uide Feli.in c.ne innitaris.in j.col.in uer.secundus casus.in fi.de consti.]

Papa concedens alteri beneficium prius mihi concessum, tenetur mihi prouidere de alio æquali.Bal.post glo.in cap. ad hæc.

hæc.in viij.col.uer.quæro,an hoc casu.de pace iur.fir.

190 Papam,& eius statuta,solus Deus corrigit. Bald.in tracta. Schisma.iij.col.

Papa succedit in legato facto monasterio,quod postea destruitur authoritate papæ.Bal.in l.post mortem. C. de fideicom. Item,

Papa non potest dispensare ad feudum imperiale,nec Imperator ad feudum ecclesiasticũ.Bald. in l.eam quam.xj.col.uer. consueuit esse quæstio.C.de fideicom.

Papa est canon animatus in terris. ix. q. iij. ipsi sunt. v. q.iiij. quod nota.

Papa potest excommunicari excommunicatione,quæ separat a Deo,scilicet quando peccat mortaliter,ꝓpter quod à Deo longius separatur. xiiij.q.iij. aliorũ.de pœ.dist.ij. principiũ. non autem in excõmunicatione ferenda ab homine,secundum do.Ioan.de Lig.in tract.de sent.excom.ij. char.uer.credo tamen,papam,&c.

Papali reseruationi renunciari non potest. Innoc. in c.cùm accessissent.de consti.& Bald.in Marg.Papa.uersic.ix.

Papa potest alteri committere executionem relictorũ ad pias causas.Innoc.in c.cùm tibi.de uer. sig. & Bald.ubi s.uersi.x. Item,

Papa non dicitur esse in dignitate, sed in culmine dignitatum. no.in cle.j.per Card.de renun.Item est uocatus in plenitudinem potestatis,cęteri in partem solicitudinis.ij.q.vij.qui se. Card.in cle.ij.§.j.de sepul.

Papa habet præeminentiam pastoralem,quia præest alijs officio & dignitate.ix.q.iij.antiquis.

Papa debet exaltare fidem catholicam.cle.ij.& §.j. & ibi Card. de sepul.

200 Papæ subest totus clerus, id est, omnes habentes ordines sacros,etiam & primam tonsuram. d.cle.ij.§.j.& ibi Card.

Papa non nouum acquirit,priori dimisso,per rationes.gl.in rubrica.vj.lib.

Papa an possit præcipere laicis aliquod iniustũ.Innoc.in c.inquisitionis.de sent.excom.ad fi.ubi concludit,ꝙ laicus,cùm nõ sit de sua iurisdictione, nec respectu causæ,nec personæ, uel alia causa, ꝙ nõ tenetur obedire. Dicit tamen, ꝙ semper debet obseruare excõmunicationẽ.& s.Obediẽtia.uersic.x.

Papa cùm dicit,Ad audiẽtiam nostrã peruenit: & facit aliquid per inquisitionẽ,ualet quod facit.Innoc.in c.cùm oporteat. de accus.in ult.col.& Bal.in Marg.uer.Papa.uer.xiij.

Papa non debet se intromittere de iurisdictione Imperatoris, nisi opem ferendo ei,nec contrà.Innoc.in c.per uenerabilẽ. in prin.qui fil.sint leg.&Bal.ubi s.

Papa debet denuò eligere,si is,cui mandat, malè eligit. Innoc. in c.inter dilectos.de exces.præla.& Bal.ubi s.uersi.xvij.

Papa solus debet interpretari priuilegia sua.Innoc.in c.cùm uenissent.de iud.& Bal.ubi s.uer.xvij.

Papa nunquam aufert parti suam exceptionem. Innoc.in c.ex transmissa.de fo.compe.& Bal.ubi s.uersic.xviij.

† Papa posset deponi,si in dando terras ecclesiæ suis attinentib⁹,esset incorrigibilis. Ita dixit Panor.in c.cùm uenissent. in iiij.col.uer.dicit tamen.Arch.de iud.Sequitur Fel.in c.ad audientiam.in prin.de præscript.]

Papa ex certa scientia,quæ colligitur ex rescripto, derogat iurisdictioni:quod non facit legatus. Innoc.in ca.præsenti.de rescript.& Bald.s.uer.xix.

210 Papa committendo ordinationem ecclesiæ, quid uideatur committere.Innoc.in c.super eo.de off.delegati.

Papa supplet defectus Imperatoris,& corrigit eius uitia. Inno. in c.j.de off.ordi. Quod uerum in criminibus ecclesiasticis, id est,quæ sunt crimina apud ecclesiam, non apud gentiles. per c.apud.de pur.can.Bal.ubi s.uersi.xx.

Papa infeudans rem,quam credit esse ecclesiæ,licet non transferat ius feudi,transfert causam præscribendi. Flor. in l.seruitutes.xviij.col.de serui.Bal.in l.ij.viij.q.C.eo.tit.

Papa mandans aliquid quod sonet in hæresim, dicitur turbare statum ecclesię,& ei non est parendum.Host.& Io.And.in c. proposuit. de concess. præben. Flor. in l.sed & loci.§.j.ff. fin. regun.

Papa non uidetur facere de plenitudine potestatis, quando facit contra ius,nisi cum clausula, Non obstante. Bal.in l.si testamentum.C.de test.

Papa dicit ecclesia animata,& succedere potest in feudo.Bald. in auth.nisi rogati.in fi.col.C.ad Treb.

Papa potest se submittere simplici sacerdoti in confessione sacramentali,& de pœnitentia sibi iniuncta nõ potest minuere sine consensu illius.in Spec.de pœ.& re.uer. quid si papa. uer.sed nunquid papa. & per Abbat. in c.omnis utriusq;.de pœni.& remis.ubi etiam dicitur,quòd papa tenetur confiteri peccata sua:cùm præceptum confessionis sit de iure diuino,secundum.Scotum in iiij.dist.xiij.q.unica.& etiam theologos,contra gl.in sum.de pœn.dist.v. & Abb.in d.c.omnis. ubi uide. Item,

Papa non potest dispensare, ne quis confiteatur peccata sua sacerdoti.Arch.de pœn.dist.v.in c.j.& doct. & Abb.in d.c.omnis.de pœn.& remis. Item,

Papa non habet potestatem peccandi.xl.dist.c.j.& Abbas in c. omnis.de pœn.& remis. Item,

Papa nõ compellit sacerdotem ad reuelandum sibi confessionem pœnitentis,secundum Abb.in d.c.omnis.

220 Papa non potest mandare confessori,quòd reuelet confessionem.Abb.in c.dilectus.de exces.præla.

Papa potest ex causa diuidere episcopatum.gl. x. dist.c.j. sicut episcopus parochiam.j.Parochia.uersic.xxxj.& seq.

Pecunia uenit in generali obligatione bonorum.l. cùm tabernam.§.j.& ibi Bald.ff.de pign.& l. idemq;.§.fin. ff. qui po.in pig.ha.Alex.in l.si constante.vij.char.sol.mat.sed non in legato, quo uenialia non comprehenduntur. Alexand. ibi & Bald.in l.fin.ad fin. C. de compen. per l.uxorem. §. legauerat.de legat.iij.

Pecuniæ appellatio in mutuo facto filiofa. strictè accipitur. l. iij. §. mutui. quod cum eo.

Pecunia numeranda tempore contractus, si non sit tota præsens, cautela est, quòd numeretur pars, quæ est præsens, & creditor eam receptet, & donet debitori, & retradat eidem, deinde debitor numeret, & tradat eandem pro residuo dicto creditori. Bart. in l. singularia. ff. si cer. pet. in ult. col. Ad do do. Bar. Cæpol. in sua cautela xxvj.

Pecunia promissa ad certum terminum, debet solui secundũ æstimationem temporis solutionis. sup. uerb. Obligatio pœnalis. uersic. v.

Pecunia pro argento an reddi posit glo. & Bar. in l. ij. §. mutui datio. in ij. col. ff. si cer. pet. distinguit.

Pecunia debita si exprobatur, non tamen debitor liberatur. Bar. in l. quod te. in princ. si cer. peta.

Pecunia debita, & oblata creditori nolenti recipere, perit periculo creditoris. l. qui decem. de sol. Bart. post gl. in l. quidã æstimauerunt. in fi. si cer. pet.

40 Pecunia deposita ut mutuetur, non dicitur esse in loco: secus, si ut ibi sit perpetuò. l. si chorus. §. j. & ibi Bar. de legatis. iij. Item,

* Pecunia deposita, uel mutuò data, nõ est reddenda deterior, quàm tempore cõtractus erat. Doct. in l. cùm te. l. cùm quid. ff. si cert. pet. in c. olim causam. de censibus. & est com. opinio. Franc. Cur. mai. consi. xxviij. nu. 12. uol. j. Aemilius Maria Manolessus.

Pecunia redacta ex re communi, an sit communis. Bal. in l. si ut proponis. ad fi. C. de rei uen. gl. ij. & Bal. in l. si patruus. C. cõmunia utri. iu. quòd non.

Pecunia pro corruptione iudicis data an posit repeti. s. uerb. Corrumpens. uer. vij.

Pecunia mutuata si extat illamet, non dicitur cõsumpta. l. nõ omnis. §. si pupillus. & ibi Bald. Salice. Lud. Pau. de Cast. & Alex. ff. si cer. peta. Dicitur autem consumpta, si sit commista, ita quòd discerni nõ posit ab alia: ut ibi. & l. si alicui. de sol. & ibi uide, quid si mala fide consumatur.

Pecuniam extare, & consumptam non esse, debet probare debitor, qui eam recepit, non qui mutuauit, probare debet esse consumptam. Alex. contra Iac. But. & Alberi. de Rosa. in d. l. non omnis. §. si pupillus.

Pecunia sculpta habens formam, & quæ potest communiter expendi, non uenit appellatione auri, uel argenti. Secus, si sit ualde antiqua: uel quando testator legans aurum, uel argentum, non habet aliam pecuniam, quàm signatam, nec aliud aurum uel argentum. Bart. in l. Quintus. §. j. de auro & argen. lega.

Pecuniæ appellatione ueniunt etiam nomina debitorũ: quia

Pecunia debita nondum exacta uenit in legato pecuniæ. Flor. singulariter in l. Proculus. de usufruct. Item,

Pecuniæ appellatione uenit totum patrimonium. l. cogit. in princ. & ibi Bar. ad Treb. uide Bar. in l. talis. in prin. de leg. j. quia habens pecuniam, habet omnia: & sic omnia ueniunt appellatione pecuniæ. l. ij. & ibi Bal. in j. col. in fi. C. de constit. pe. Item quicquid habet homo in terra, dicitur pecunia. j. q. iij. totum. j. q. j. quicquid. & c. sunt nonnulli. & Cardi. in cle. ij. §. j. & ibi gl. de hære. quòd omne commodum æstimabile. Item omnis res uenit appellatione pecuniæ. Bar. in l. j. † §. an potest. ff. de cõsti. pecu. & in l. quisquis. de leg. iij. † Adde Dy. Insti. de actio. in §. in præsentia. circa. fi. j. col.] Item si uerbum, Pecunia, profertur à testatore, comprehendit omnia, quæ consistunt numero, pondere, uel mensura. d. l. talis. in prin. & ibi Bar. sed secundum communem usum loquendi propriè & strictè intelligitur de nummis tantùm. Bartol. ibidẽ l. j. ff. ad Maced. Sed non uenit pecunia sigillata in sacculo, uel arca, sed pecunia numerata tantùm. Bar. ibidem. & uide in l. pecuniæ. de uerb. sig. & in l. nã quod. §. fi. ad Treb. Item non uenit pecunia reprobata, & falsa. l. eleganter. §. qui reprobos. de condi. inde. Bart. in l. quamuis. de auro & argẽ. lega. Item non uenit cessio nominis debitoris. glos. in l. legaui. in fi. ff. de lib. leg. Item in rescriptis capitur strictè. Innoc. in cap. sedes. de rescrip. Item uenit omne mutuabile. l. talis. & ibi per Bart. de legat. j. l. ij. §. item mutuum. si certum peta. † Alex. in l. singularia. ij. col. eod. tit. † Et uide do. Bart. Soc. in d. l. ij. §. creditum. si cer. pe. & quot in causis capiatur in iure, uide do. Pet. Phil. Cor. in consi. ccxxix. incip. Licet. in litera E. in iiij. parte.]

50 Pecunia non uenit appellatione mercis in statuto. Bal. in l. iij. ij. col. C. de nau. fœno. & ibi probatur.

Pecunia communis, uel fisci destinata ad emptionem frumenti, non potest in alios usus conuerti per officiales fisci eam tenentes. Item,

Pecunia fisci destinata ad salarium armigerorum, potest solui pro armis, & equis eorum. Bart. in l. fi. C. de fru. ur. Constan. lib. xj. Sed

Pecunia destinata pro salario doctorum non potest conuerti in salarium armigerorum per officialem communis. Ang. in addi. ad Bar. in l. sciant. C. de his, qui ex pub. col. lib. x.

Pecunia destinata ad usum necessarium, non potest conuerti in uoluntarium, sed non econtrà. Item,

Pecunia deputata ad unum usum, conuersa in alium, eo usu finito, debet conuerti in primum usum. Bar. l. j. C. de expens. pub. lu. lib. xj.

Pecunia per alluuionem aduocata in fundum, an cedat fundo. Bar. in tract. Tyberiadis. j. char. quòd sic.

Pecunia in feudum dari non potest. Bal. in c. fi. si de feu. uas. ab ali. interpel.

Pecunia mutuata ecclesię quomodo probatur uersa in utilitatem ecclesiæ. Ang. in §. hoc etiam. in auth. de al. & emph. in v. colum. quòd dupliciter. Primò, si probat euidenter, ut ibi in tex. Secundò, si probat, quòd incontinenti, postquã creditor mutuauit pecunias ecclesiæ, se liberauit à debito, aut incontinenti prædia comparauit: ratione enim proximitatis temporis pręsumitur se liberasse de illa pecunia, & prædium comparasse. l. si uentri. §. fi. ff. de priuil. credi. An autem posit probari per alias præsumptiones, uide ibidem Ang. in uersic. sed tunc est uidere.

Pecunia non rectè, & sine solennitate soluta officiali cõmunis, uel pupillo, non præsumitur uersa in utilitatẽ recipientis, nisi probetur. Bartol. in l. j. in fin. C. de sol. deci. & s. eod. uersic. xvj.

60 Pecunia usu consumitur. l. j. C. de usufruct. Bart. in l. si quis * pro eo. §. item si filius. de fideius. & supra eod. uersic. j. * §. constituitur. in auth. de nupt. Aemilius Maria Manolessus.

Pecunia exigenda debet poni in inuentario tutoris demùm, postquã fuerit exacta à debitoribus pupilli, non antè, quando non extant instrumenta de ea: aliàs sic. Bar. sing. in l. tutor, qui repertorium. in ij. col. in fi. uersi. cij. concludo. ff. de admi. tuto.

Pecunia inuẽta per canem doctum ad inueniendas pecunias latentes, pertinet ad dominum canis. Flo. in l. statuę. de usufruct. Item,

Pecunia uxoris mutuata à uiro nõ facit nomen debitoris esse uxoris. l. si maritus. & ibi Bal. C. de dist. pig.

Pecunia in specie legata, ut quæ est in arca, uel in tali loco, debet præstari eadem, non alia pro ipsa. Dy. & Bar. in ij. no. l. talis scriptura. de leg. j. uide in l. quidam. in prin. ff. eod. tit.

Pecunia, ex qua unus frater, uel socius emit fundũ, præsumitur propria, & non communis. Bald. in l. qui ex aliena. C. si quis alteri, uel sibi. Addo, quòd si unus ex fratrib. emat pro se fundum, & pro patre suo: si tamen in instrumento continetur, quòd uẽditor fuit confessus habuisse preciũ ab emẽte nomine suo, & fratris sui, nec dixerit, de eius propria pecunia, uel communi. quod in dubio intelligitur de pecunia propria soluentis, ita quòd ab alio fratre poterit repetere partem pecuniæ, si uult partem prædij empti. Ita singulariter dixit Bar. in l. ij. per illum text. C. pro soc. & dicit perpetuò menti tenendum, quia ualebit ad mille aureos, & uide etiam Bal. in l. j. C. si quis alteri, uel sibi. & s. in uerb. Frater acquirit. uer. xiij. & sequenti.

Pecunia data filio per patrem, an mortuo patre sit communicanda fratribus. Bar. in tract. de duo. fra. & Franc. Por. in eodem suo trac. j. parte, xvj. q. quòd non.

Pecunia data assasino pro homicidio cõmittendo applicatur ei, qui erat assasinandus. l. generaliter. §. illud. ff. de calum. arg. contrà in l. in hæredem. in prin. eod. tit. & Lud. in sing. uerb. Pecunia.

Pecuniam redactam ex re mea per alium uendita, possum in subsidium uendicare. l. mater. C. de rei uendi. l. fi. de nego. gest.

geſt. l. ſi eum ſeruum. ſi cert. peta. Item,

Pecunia iam exacta, uel deputata ad uſum patrisfa. non uenit appellatione reliquorum. l. filius. & ibi Bar. de legat. iij.

70 Pecunia mutuata an ſit reddenda in forma noua, uel ueteri. Bart. in l. cùm quid. in ult. col. uer. & hæc faciunt ad quæſtionem. ff. ſi cer. pe. diſtinguit, uide in l. Paulus. ff. de ſolu.

Pecunia minuta, ut ſextini, & ſimil. non poteſt ſolui pro groſſa, ut pro ducatis, niſi conſuetudo ſit in contrarium. ſ. uerb. Moneta.

Pecunia in ſylua reperta non poteſt ſalua cõſcientia retineri. infrà, Theſaurus.

Pecuniæ ſpecialia quot & quæ ſint, uide per Bar. Bald. & Alex. & doct. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet.

Pecuniam ſuam nemo iactare præſumitur. l. cùm de indebito. de proba. l. Campanus. de oper. li. in Spec. de pet. & poſ. §. j. uer. quid ſi peto.

† Pecunia nõ eſt locabilis: & ſi locatur, uſura eſt. do. Bar. Soci. in conſi. clxxix. incip. Circa. uer. cõfirmatur iſta conclu. circa fin. ij. parte.]

Pecuniæ nullus debet eſſe fructus. Item,

Pecunia debita ſi non ſoluatur, an poſsit intereſſe peti. in Spec. de fruc. & intereſ. §. v. in princ. quòd ſic. Addo, quòd no. uoluit do. Ant. & do. Abb. in c. conqueſtus. de uſur. quòd nõ ſolùm intereſſe damni emergẽtis poterit peti, ſed etiam lucri ceſſantis. & dicit ibi do. Abbas, quòd in iſto caſu, etiam in foro canonico, licitum eſt creditori petere ultra ſortem.

† Pecuniam fuiſſe uerſam in utilitatem minoris, quis probare habeat. Soc. in conſil. mihi cxv. incip. Circa primã quæſtionem. in ult. col. uer. circa tertiã. in j. uol. Et adde, quòd in dubio ſem per res præſumitur empta de pecunia ſoluentis: ut no. And. Barb. in cõſil. mihi xxxvij. incip. Scribitur ſapiẽter. in vij. col. uer. & ſi quiſpiam opponat. in ij. uol.]

Pecunia cùm deponitur ad numerũ, uidetur cõcedi eius uſus depoſitario. in Spec. de libel. concep. §. xv. uer. item non ualet, ſi aurum.

Pecunia facta de meo argento, mea eſt, & qualiter petatur. in Spec. de cauſa poſ. & propriet. §. j. uerſi. cæterùm.

Pecunia in ædem ſacram qualiter deponatur. in Spec. de emp. & uend. §. fi. uer. & not. uidelicet quòd ſigilletur pecunia in ſacculo, & ſigillata deponatur apud ſacriſtiam, uel presbyterum eccleſiæ, præſentibus teſtibus.

80 Pecunia ſi detur alicui ad mercandum, uel negotiandum cum ea, qualiter fiat inſtrumentum. in Spe. de obliga. & ſol. §. j. uer. quod ſi pec. & de conſti. pe. §. iij. uer. cæterùm. Addo Spe. in tit. de fideiuſ. §. j. in uerſi. quid autem ſi quis.

Pecuniæ non numeratæ exceptio an & quando detur, & de ea ſup. uerb. Exceptio non numeratæ pecuniæ. per totum.

* Pecunia pupillorũ uel alicui danda eſt, ut honeſtum inde lucrum pupillus capiat, uel in prædiorum eſt emptionem cõuertenda. Dec. conſi. clxxviij. Deciſ. Neap. deci. cxciij. Illuſt. Card. Pariſi. conſi. lxxxvj. num. 16. uolum. j. *Aemilius Maria Manoleſſus.*

Pecuniæ materiam ſupple ſ. uerb. Moneta. per totum.

Pecus cognoſcens carnaliter fœminam, puniri debet cum ea. ad hoc xv. q. j. mulier.

Pecora grauida, uel prægnantia, non faciunt ſui copiam maribus ad coitum, ſed fœmina rationalis: ſic xxxij. q. vij. non ſolùm. in fi.

Pecorum fœtus dicitur fructus induſtrialis. Bar. in l. ſequitur. §. fructus. de uſuca. & ibi Alex. in l. ex diuerſo. de rei uendic. & Bal. in l. ancillæ. C. de furtis.

Pecus meum, uel pecora mea, ſi damnũ tibi dederint, uel ſi quis in pecoribus meis damnũ dederit: uide in Spe. de iniur. & dam. dat. §. ij. per totum.

Pecoris appellatio continet etiam iumenta, & boues, non ecõtrà: quia pecus non continetur appellatione iumenti. ſ. Iumentum. per totum. Item continet ſues, uel porcos. l. ſeruis. §. pecoribus. de legatis iij.

Pecus morbida corrumpit ouile. xlv. diſt. ſed illud. in fin. j. q. j. fertur. xxiiij. q. iij. reſecandæ.

Pecudes continentur appellatione mobilium in legato. Bal. in addi. Spe. de fruc. & inter. uerſi. qui legat ſua mobilia.

Pecudes non ueniunt appellatione armenti: nec

Pecudum appellatione continentur armenta. Bar. in l. fi. C. de mili. ueſt. lib. xij. Quod nota pro ſtatutis: non tamen canes, apri, & leones. Flo. §. hac actione. ad legem Aquil.

Pecudum materiam ſupple ſ. uerb. Oues. per totum.

Pedagium ſolui debet in mari, ſicut in terra, ſi ſit impoſitum per dominũ maris. Bald. in l. iij. in pen. col. uer. ex quo ergo no. C. de nau. fœno. Ang. in l. fi. ff. de uſuris. & Io. de Platea in l. diligenter. ff. de aquæductu. lib. xij.

† Adde, quòd pedagium dicitur quædam præſtatio, quæ fit à tranſeuntibus pro rebus, quæ uehuntur. quandoq; ſoluitur pro perſona: & idem importat quod uectigal: quia ſoluitur pro his, quæ uehuntur. Ita Abb. in c. innouamus. de cenſi. Et nota hîc unum ſingulare, quòd pedagiũ ſeu uectigal, quod non eſt legitimè impoſitum, licitè poſſunt defraudare tam clerici, quàm laici: quia non cadit propriè fraus, ſed propriè quis euitat grauamen non ſoluendo. Bart. in l. uectigalia. ff. de publica. Panor. in proœm. Greg. & in ca. j. de conſti. & in ca. innouamus. de cenſi. & in c. dilectus filius. el iij. de præb. & in c. ex parte. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. Et nullus pedagium imponere poteſt, niſi Imperator, uel rex, ſeu conſuetudo, de cuius initio non exiſtat memoria. glo. & Panor. in cap. innouamus. de cenſibus. & in cap. ſuper quibuſdam. de uerb. ſignifi.]

† Pedagium, uel uectigal ius exigendi an quis ex conſuetudine acquirere poſsit. uide Bal. in con. ccxlij. ij. parte.]

† Pedagium colligendi ius eſt cohærens territorio. Bal. in cõſil. ccxxxix. in iij. parte.]

Pedagium pro ſecuritate præſtatur, unde qui ſoluit illud, non poteſt capi pro repreſſalijs. ſ. uer. Repreſſaliæ contra quos. uerſic. xxij.

Pedagium exigens tenetur ad emendam damnorũ in ſuo territorio illatorum ſoluentibus. ſ. uer. Damnum. uer. lxvij.

Pedagium de præſtito, quæ fit tranſeuntibus pro rebus, quæ uehuntur, uel pro perſona. Abb. in ca. innouamus. de cenſi. ſed propriè dicitur à pede. c. ſuper. §. præterea. de uerb. ſign. & no. in c. quãquã. de cenſi. in vj. & ibi Io. And. in Nouella.

Pedagiũ in ponte deſtructo an poſsit exigi. Bar. Cæp. in tract. de Seruitut. ru. tit. de alueo. & ſuprà, uer. Gabella ubi ſoluitur. uerſi. viij. quòd non, niſi eo refecto.

Pedagium dicitur fraudari per tranſeuntes per uiam non rectam. Bal. in l. iij. pen. col. in uer. vj. not. C. de nau. fœno.

* Pedagia, ut noſtri dicunt, cùm fraus facta eſt bona fiſci ipſo iure fiunt. l. cõmiſſa. ubi Bar. ff. de publica. l. j. & ij. C. de uectigal. & commiſ. Aym. Crau. con. cxv. nu. 1. uol. j. *Aemilius Maria Manoleſſus.*

Pedagiarius plus iuſto exigens tenetur domino ad intereſſe, ſi propterea ſit fraus pedagio. Bal. in d. l. iij. in fi.

Pedagium ſoluere debet mulio pro mulo. ſuprà uerbo, Mulio. uerſic. v & ſ. in uer. Gabella contra quos. uerſi. iiij.

Pedagij exemptio dicitur ſeruitus. Bald. in l. pen. C. de condi. inſer. in v. col. in uer. uidi etiam dubitari. non tamen pedagij exactio. ut ibidem.

10 Pedagij ius non uenit in uenditione fundi. ſ. uerbo, Gabella à quibus. uerſic. xx.

Pedagij ius poteſt locari. Flo. in l. arboribus. §. uſufructuarius. de uſufru. & l. fi. C. de uecti. & con. Alex. & Bar. in l. locare. ff. locati. adde. Bal. in l. ſi ea. in fi. C. de uſuris.

Pedagij onus poteſt iniungi caſtro per nobilem, licet coactũ illud relaxare. Flo. in l. ſi quis duas. ff. communia præd.

Pedagium ſolui debet à forenſibus tranſeuntibus cum rebus. Bal. in c. j. ult. col. quæ ſint regalia.

Pedagium quis ſoluere debet & pro famulis ſuis. Bal. in l. uſurpationem. C. de uecti. & commi. per l. ſi quis pro uxore. de dona. inter uir. & uxo. & ſ. Gabella per quos. uerſi. xx.

Pedagium emptum ſi parum fructet, an fiat remiſsio precij. ſ. uerb. Emptor gabellarũ. uerſi. iij. & uerb. Gabella per quos. uerſi. xix. & uerſi. xxix. quòd ſic, ſi parum fructet propter ſterilitatem, non ſi propter guerram, aut peſtem: ut ibi. uerſic. xxvj. & uerſi. xxviij.

Pedagiarius ſi expellatur quomodo agat. Bal. in addi. Spec. §. ij. de reſt. ſpo. uerſi. quidam. quòd utili interdicto, unde ui. & ibi Spec. §. ij. uerſi. ſed & ſi aliquis.

Pedagia noua an poſsint prohiberi, & quibus ex cauſis. in Sp. de cauſa poſ. & propriet. in prin. uerſi. quid de colligẽtibus. & ibi per Io. And. in addi.

Pedagia exigere sine causa uera, uel putatiua, est atrox crimē. Bal.in consi.ccxxxix.in iiij.parte.

Pedagij locatio qualiter fiat, & qualiter cōcipiatur instrumentum.in Spe.de locato.§.j.uersi.porrò.Item,

Pedagium an soluant personæ ecclesiasticæ. in Sp.de immun. eccl.quòd non.& s̄.in uerb.Gabella per quos.uersi.xiij.

Pedagij materiam supple sup.uerb.Gabella.per totum.& dixi plenè in tract.Gabella.ubi etiam uide de prædictis.

Pedagio concesso, intelligitur concessum ius exigendi.Bar.in l.Aquilius.ff.de dona.

Pedaneus iudex dicitur delegat⁹ ab inferiore à principe.in Spe.de lega.§.j.uersi.omnis autem.& ibi Bald. in addit. in princ.l.j.in fin. C. qui pro sua iurisdictio.

Pedanei iudicis materiam uide s̄.Iudex.per totum.

Pedules quibus pedes uestiuntur, calcerarij uestes dicuntur.l.argento.uer.fasciæ.de aur.& arg.leg.

Pellis uenit appellatione lanæ.suprà uerbo, Lana.uersiculo quinto.

Pœna & usura, æquiparantur.glo.in l.quamuis.C. de usur. & j̄.uerb.Vsura.uersi.viij.& l.qui sine. de negot. gestis.Item usura dicitur pœna.l.lecta.& ibi Doct.& Alexan.si certum pet.& l.qui.de nego.gest.

Pœna per legatum prouinciæ apposita an sit perpetua, uel tēporalis.Io.de Imo.in c.fi.de offic.deleg.

Pœnæ an imponi possunt per potestates terrarum in casibus, quibus non sunt à iure determinatæ. j̄. uerb. Potestatis authoritas.uersi.xvj.quòd non.

Pœna non imponitur, nisi ubi à lege reperitur imposita. Bald. in l.iij.C. de sacrosan.eccles.uide infrà in uerb. Pœna à quibus.uersic.v.

Pœna grauis, uel grauissima, quomodò intelligatur.j̄.eo. uer. xxj.per glos.in uer.grauissima.in l.ij. de eunuch. & in l.j. C. nemini li.signum salua. & etiam in rub. Bal.in l.ij.in ult.col. C.de prob.ubi loquitur de maiori, & maxima.& per gl.in c. cùm canonici.in fi.de offic.ord.

Pœnæ non sunt stricti iuris.Bal.in l.non sine.C. de bonis quæ lib.sed sunt restringendæ.in Spe.de aduo.§.j.in uer.in summa.in fi.& de sententia.§.ij.text.est in l.cùm quidam. ad fin. ff.de liber.& posthu.

† Et Dyn.Instit.de act.§.sequens.in fine.ij.col.]

Pœnæ an dicantur fructus. s̄. uerbo, Fructus.el j.uersic. xxxj. quòd sic.

Pœna non est sine delicto.l.sancimus.C.de pœ.

Pœna spiritualis non tollit temporalem. Bald.in l.placet.ad fi. C.de sacrosanct.eccles. & infrà. in uerbo, Pœnæ diuersæ.in penult.uersic.

10 Pœna etiam est annullatio actus. Alex. plenè in l. si prætor. §.hoc interdictum. in addi.de oper.noui nunc.Bald.in l.iij. de sacrosan.eccles.& per Bald.in l.non dubium.ij.col. C.de legibus.Bar.in d.§.hoc interdictum. & Canonistæ in cap.ij. de consti.Io.And.in c.fi.de rescrip.

Pœnæ exclusio non est exclusio delicti.glos.in l.decurionum. C.de infamibus.

Pœna habet instar causæ lucratiuæ.Bald.in c.j.§.præterea.el j. de prohib.feu.al.per Fede.per l.apud.Celsum.uer.cęterùm. de doli.except.

Pœnæ diuersæ imponuntur pro diuersis delictis contra eundem.l.aduersus.& ibi Bal.C.de fur.circa princ.

Pœna mitior quæ dicatur.j̄.uerb.Pœna alteratur.uer.xvj.

Pœna intelligitur imposita taliter, quòd duret perpetuò.Bart. in l.si quis.§.si quis adulter.ff.de adul.

Pœna sequitur suum authorem. l. si hæredis seruus.§.fin.ff. de leg.j.Bald.in l.j.v.opp. C.de his quæ pœ.no. per l.sancimus. * C.de pœnis.uide j̄.in uerb.Pœna transit.uer.vij. * gl.& doc. in d.l.sancimus. Illust. Card. Paris. consi.lxix.nu.183.uol.iij. Aemilius Maria Manolessus.

Pœna succedit loco actionis persecutoriæ. Bald.in l.j.vij.opp. in fin.C.de his,quæ pœ.nomi.

Pœna ad tempus, uidetur remissa post tempus. l. fratres.& ibi Bartol.ff.de pœnis.per illum tex.l.Imperatores.ff.de postulan.Addo tamen,quòd Bald.in rubri.C.de cōdi.ob tur.causam ad fin.dicit, quòd si tempore, quo quis imbussolabatur ad officium, est bānitus, & tempore quo extrahitur, est positus extra bannum:quod tamen repellitur ab officio.per d. l. fratres.

Pœna præsumitur inflicta ei, qui deliquisse probatur. Bald.in l.uoluntas.ult.col. C.de fideicom.

20 Pœnæ exigendæ ueniunt appellatione bonorum mobiliū relictorum pauperibus. Old.consi.ccxviij.

Pœnæ dicuntur fructus iurisdictionis datæ in dotem:unde cedunt marito in lucrum. Bar.in l.fi.in j.q.ff.sol. mat.& Bal. & doct.in l.diuortio.§.si uir.eod.tit.

Pœna, & culpa, quid dicatur, & de earum remissione per Car. in cle.j.xxxiij.q.ij.& seq.de priuileg.

Pœnalis lex non dicitur, nisi priuet propter delictum.Bald.in l.fi.C.de bo.li.

Pœna grauis, grauior, & grauissima, quæ dicatur.j̄. uer. Statutum de malefi.uer.xv.& aliquid.s̄.eod.in uersi.v.

Pœnæ appellatione uenit corporalis.no.Abb.in ca. inter alia. de immuni.eccles.& ideo pœna dicitur, quæ in corpus infligitur, mulcta uerò in pecunia. Card. in cle. ij.§.j.de hære. ij. q.ad finem.

Pœna ad terrorem aliorum debet imponi.cle.j.& ibi Card.xj. no.& xiiij.de offi.ord.xv.q.j.mulier. de pœnis.c.j.& c.quęsitū.in fi.xlv.dist.disciplina.l.capitalium.§.famosos.de pœnis.C. ad legem Iuli. repe.l.j. de iusti.& iur.l.j. Vnde uersus: *Oderunt peccare mali:*,&c.de quo in c.eum,qui.de præben. in vj.Adde ij.q.vij.quapropter.de coha.cler.& mulie.clericos. de exces.præla. ca.j.de statu reg.ea quæ. in cle.ij.§.fin.& ibi Card.de pœni.& remis.

Pœna est publicanda .cle.ij.§.uerum & ibi Car. de re iud.

Pœna debita debet pro delictis imponi. & quæ sit debita. sup. Delictum.

Pœna per nomina simplicia potest excedere duplum, & quadruplum.l.stipulatio ista.§.alteri.cum glo.& Bal.secundum Alex.in d.l.in prin.iiij.col.de uer.oblig.

30 Pœna est uerè actus, cui opponitur.infrà, Pœna conuentionalis.uersi.vj.

Pœna contumaciæ an dicatur delicti. Alex. post Bartol.in l.ij. de pub.iudic.

Pœna præsumitur irrogata potius ob crimen, quàm ob contumaciam.Io.de Lig.in ca. ex literis. de consti.& omnino per Alex.in l.si quis.§.j.de adulterijs.Bal.in l.acceptam.ix.q. de adulterijs.

Pœna debet imponi secundum qualitatem culpæ.authē. omnes.& ibi Bal.in ult.no.C.communia de suc.

Pœna meri & misti imperij, & iurisdictionis, quæ sit.in Spe.de iurisd.om.iudi.uer.notandum. & seq. Addo Bart. & omnes doct.in l.imperium.ff.de iurisd.om.iud.

Pœnæ pecuniariæ non sunt meri imperij. Bal. in l.fi.ff. de offi. pręfect.uig. Sed Bar.contrà in l.iij.ff.de iuris.om.iudi.& ibi Alex.ubi etiam dicit contra Bal. quòd

Pœnæ pecuniariæ uidentur reseruatæ in reseruatione meri imperij.

Pœnam præstari suadet magna ràtio in Specul. de aduoca. §. vij.ad fin.

Pœna in contractibus qua forma ponatur.in Spe.de ces.act.§. ij.secunda forma.& in j.

Pœna non debet in præmium conuerti.in Spec.de comp.iud. adi.§.j.uer.sed pone, quidā.& de accusatione.§.vj.uer.quid si bannitus.l.siue hæreditaria.ff.de neg.gestis.

40 Pœna excommunicationis in ecclesia est maior. in Spe. de contumacia.uer.iij.§.cæterùm.

Pœna & mulcta differūt.in Sp.de sentētia.§.iij.uer. est & quarta.& s̄.uer.Mulcta.uer.j.Card.in cle.ij.§.j.ij.q.in fi.de hære. quòd pœna est in corpus, sed mulcta est in pecunia. & s̄.eo. uer.xxv. Addo Bar.in l.si qua.in ult.col.ff.de uerb. signifi. & mulcta non potest imponi, nisi ab habentibus merum imperium.gl.in rub.de modo mulctarum.

Pœna ut imponatur per prælatum, ei deferendum est. in Spe. de sententia.§.vj.quandoque.

Pœna unius debet esse metus alterius.l.aut facta.§.fi.ff.de pœ. in Spe.de accusatione §.ij.c.si canonici.§.fi. cum gl. de offi. ordi.in vj.cle.j.& ibi Card.xj.no.de test.& cle.j. & ibi Card. † de Iudæ. † Et per Fel.in c.ad Apostolicæ.de excep.in ij.col. circa medium.& per Paridem de Puteo in tract.Syndica.in uersic.Latro.]

Pœna non debet esse delusoria. in Specul. de loca. §. vj. uersic. xxxv. & sequenti.

Pœna priuationis quando habeat locum. infrà, Priuatio. per discursum.

Pœnam euadere, & lucrari, sunt diuersa. in Spe. de usur. uersic. sed pone.

Pœnarum mitigatio fieri debet. in Spec. de iniur. & dam. dat. §. j. in quarta forma.

Pœna ipso iure imposita requirit actum perfectum, aliàs non habet locum. Alex. in l. ea mente. de furtis.

In pœnis legalibus licitum est desistere usq; ad sententiam, siue illa sit diffinitiua, siue habeat uim diffinitiuæ: ut quia pronunciat se iudicē. no. gl. & Bart. in l. in criminali. ff. de iurisd. om. iudi. per l. in seruitute. §. petiisse. ff. de bo. libe. Secus, per uerba prolata ab homine, & non à lege: ut plenè not. in l. am plius. ff. rem ra. habe. Abb. in c. si diligenti. de foro compe. in vj. col. uersi. ij. gl. principaliter.

† Pœna posita à iure contra plus petētem, non habet locum, nisi perseueret usq; ad sententiam: per l. qui cùm maior. §. accusasse. & l. in seruitute. §. petiisse. ff. de bo. libe. ubi etiam pœna apposita à iure, etiam pro accusando, uel petendo, nō habet locum, nisi detur perseuerantia usq; ad sententiam. Idem Bar. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. ubi dat theoricam, in pœna legali locum esse penitentiæ usq; ad sententiam. Abb. in c. unico. de plus peti.]

† Ad pœnam euitandam restituere non prodest rem captam, seu aliter pœnitere de peccato. not. in c. j. de postul. præla. & in l. qui ea mente. ff. de fur. & in l. non prodest. ff. ui bon. ra. Abb. in c. j. de dolo & contu.]

† Pœnam ordinariam potest iudex, si uult, moderari, ubi procedit per uiam inquisitionis, imponendo minorem pœnā, licet ad hoc nón adstringatur: unde, si uult, potest imponere ordinariam: ut in cap. inquisitionis. de accusa. & in l. non quicquid. ff. de iudic. & in cap. consuluit. de offic. delegat. Abb. in cap. cùm super. in iij. colum. de confes. uer. assigno & aliam.]

Pœnam ordinariam potest iudex imponere ratione contingētiæ, quando de crimine constat per confessionem: secus, si per alias probationes: & hoc licet directè non fuerit actum contra confitentem, quia ratione contingentiæ uidetur in iudicium deductum, sicut ipsum, de quo principaliter agitur: ut no. Inno. & ferè omnes doc. in c. cùm super. de confes & ibi Abb. in iij. col. uer. assigno & aliam. & in ca. ij. de ordi. cog. & in c. j. de excep.

† Si cōstat de crimine attento modo procedendi, imponitur pœna ordinaria, quantumcunq; sit grauis. l. proinde. ff. ad legem Aquil. & x. q. ij. de confes. lib. vj. & c. fi. de cele. missa. Idē si crimen est notorium: ut in l. si quis. C. qui accus. non pos. Par ergo pœna est inquisiti & accusati, ubi crimen est notorium. not. in c. cùm nō ab homine. de iud. Abb. in c. qualiter. el ij. de accusatio.]

† Si iudex alicui præcipiat, ut aliquid faciat sub pœna mille librarum, non incidit incontinenti in pœnam, cùm illa fuerit quædam comminatio de pœna infligenda: ut no. Spe. in tit. de execu. sen. §. j. post princ. & habes gl. in c. ij. de matri. contract. contra interdic. eccles. & in c. j. de loca. & in c. relatum. de iure patron. & in cap. de eo, qui fur. ordi. recep. & in cap. unico. de sagitta. & in ca. sicut tuis. de simo. in j. col. & in cap. dura. de crimi. fal. & ibi per Abb. & in cap. Salonitanæ. lxiij. distinct.]

† Pœna ubi imponitur alternatiuè, datur optio iudici, quam pœnam illarum imponat. no. gl. in c. de Iudæ. & in c. à crapula. de uita & hone. cle. & uide gl. xxj. q. j. in summa. & in c. fraternitatem, xxxiiij. dist. Abb. in d. c. sicut. & in d. c. à crapula. in ij. col. & in c. at si cleri. de iudi. & in c. ij. & in c. sicut. de coha. cle. & mulie. & in c. si autē. eod. ti. & facit gl. in c. de censi. de offic. deleg. Quod intellige uerum, cùm uerba referūtur ad iudicem, uel impersonaliter. Facit c. quoniam frequēter. §. fi. ut lite non contest. Secus, si referuntur ad reū, quia tunc eius est electio: ut in l. quicunque. C. de ser. fugi. secundum Abb. in d. c. sicut. & in d. c. à crapula. & uide Bart. in l. ij. de effracto. & Dyn. in regula, in alternatiuis. de reg. iur. lib. vj. & quod no. gl. & doct. in l. Lucio. de legat. ij. & Abb. in c. inter cæteras. in ult. col. de rescrip.]

† Pœna eorum, qui Saracenis deferunt merces prohibitas, arma scilicet, ferrum, & lignamina, est triplex: nam primò debent excommunicari: secundò debent priuari omnibus bonis: tertiò efficiuntur serui capientium: & de iure ciuili capite puniuntur, cum confiscatione bonorū: ut in in l. ij. C. quę res expor. non debent. c. ita quorundā. de Iudæ. & ibi Abb. & doct.]

† Pœnam pecuniariam potest ecclesiasticus iudex imponere, si magis timetur, quàm alia spiritualis, cessante tamen cupiditate. arg. c. dilectus. de offi. ordi. & quod no. Io. And. in c. j. de homi. lib. vj. & uide no. in c. licet. de pœ. Abb. in c. postulasti. in fi. de Iudæ.]

† Pœna ipso iure imposita afficit delinquētem quantūcunq; occultum. not. glos. in clemen. j. de hære. Abbas in cap. fin. de hære.]

† Pœna ubicūq; apponitur negatiuè ipso iure sine appositione temporis, non intelligitur inflicta, quo ad ecclesiam militantem, nisi præcedat monitio: secus tamen, quando apponitur affirmatiuè, tunc non requiritur monitio. Ita concludit Host. & Io. And. in c. excōmunicati. de rap. & ibi Abb. Quo ad Deum tamen quem nihil latet, non requiritur monitio, etiam in pœna negatiuè apposita: ut ibi no. & Abb. in c. extirpandæ. §. qui uerò. de præben.]

† Pœna ultimi supplicij potest indeterminatè commutari in pœnam pecuniariam, uel aliam temporalem: ut no. in cap. licet. de pœn. non tamen hoc potest, si ex cōmutatione speratur scandalum, uel ubi non habet causam cōmutandi, uel ubi agitur ad pœnam legalem per accusationem. Facit l. iij. C. ne sacrum bapti. reitere. Et sic debet intelligi §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & l. hodie. ff. de pœn.

† Pœna ubi apponitur negatiuè, non committitur, nisi præcedat monitio: secus, si affirmatiuè. Abb. in ca. extirpandæ. §. qui uerò. in lec. & in repe. de præben.]

† Pœna clerici exercentis usuram est, quia debet deponi ab officio ecclesiastico: ut in c. inter dilectos. de exces. præla. tex. & ibi Abb. in c. j. de usuris. & in cap. præterea. eod. tit. & ibi de pœna laici. & quæ pœna primò imponenda sit manifesto usurario.]

† Pœna apposita non uindicanti mortem defuncti ipso facto est inflicta, si habuit facultatem uindicandi, & non uindicauit: & sic pœna apposita negatiuè, id est, si non fecerit, intelligitur apposita eo ipso, quod quis habuit facultatem faciendi, & non fecit. glos. in l. j. C. de his, quibus ut indig. de qua facit festum Bar. in l. in cognitione. ff. ad Syllan. Abb. in cap. extirpandæ. §. qui uerò. in ult. col. de præben.]

† *Pœna apposita in uno ex correlatiuis, uidetur apposita in altero concernente eadem ratione. Ita concludunt Legistæ in l. fin. C. de indict. uidui. tol. & in l. j. C. de cupressis. lib. xj. & ibi per Barto. & Domi. de sancto Gemi. in cap. j. de temp. ordi. lib. vj. glos. & doct. in cap. unico. de consang. & affinita. Abb. in cap. j. de loca. & in cap. quia clerici. de iure pa. & in c. fi. de Iudæis. & in c. cùm contingat. in viij. colum. de iureiur. Et an pœna debeat extendi ex identitate rationis, uide Ioan. And. in c. dispendia. de rescrip. lib. vj. & Abb. in c. j. de colla. in iiij. col.]*

† Vbicunq; quis iusto dolore motus committit delictum, pœna debet aliquantulum temperari. Text. est ualde no. in l. si adulterium cum incestu. in uersic. Imperatores. ff. de adult. Abb. in c. olim ex literis. in ij. col. de rescrip. facit c. si uerò. §. nec ille. de sen. excom. Spe. in tit. de iniur. quòd si quis prius lacessitus in iniuriam prorumpit, uel uerbera contra iniurantem, debet pœna mitigari.]

* Pœna nō est plectendus ille, qui id agit, quod lex permittit. l. Gracchus. C. ad l. Iuli. de adul. Illust. Card. Parisi. consi. xij. nu. 104. uol. ij. Aemilius Maria Manolessus.

* Pœnis duobus ob unum & idem crimen nemo est mulctandus. l. sanctio legum. ff. de pœni. cap. quod autem. ubi glo. de pœni. c. uerbum. de pœni. dist. j. Illustr. Card. Parisi. consil. ij. nu. 204. uol. ij. Aemilius Maria Manolessus.

Pœna inualida quando sit, uide infrà eodem. per totum.

Pœna pacto nudo promitti non potest. l. Titius. ff. de constit. pe. Bald. in rub. C. eo. tit. in iiij. q. & in l. quamuis. C. de usuris. glo. in l. seruus. de ser. expor. & ibi Bar. Quod est uerum,

nisi interfit:ut ibi.Item uerum,si ponatur in mutuo quantitatis,aliàs Bald.in d.l.quamuis. Si tamen promissa sit,nõ potest repeti.ut ibi not.cum glos. Item si sit adiecta facto, quia debetur, licet pacto nudo promissa sit. Old.in l.iiij.§. Cato. de uerb. oblig. sed aliter probatur in d. l. seruus. & plenius per Alex.in l.stipulatio ista.§.alteri.de uerb. oblig. in ij. col. an pœna pacto nudo adiecta possit peti.

Pœna in matrimonijs non potest apponi.s̄.uerb.Matrimoniũ qua forma.uer.iiij.Adde Spe.in tit.de sponsalibus.§.j.

Pœna in contractu nullo posita, est nulla.ix.dist.Iudæo. Card. in cle.j.viij.oppo.de consang.& affini. glos.in cap.ij. de preca.Card.in clem.ij.§.j.de hære.glo.in l.si patronus.§. patronum.uer.& à Fauiana.ff.si quid in frau.pa.facit glos.in l.imperialem.de prohib.feu.ali.per Frede.Bal.tenet in l.j.vj.col. uersi.quæro,utrum.C.de inoffic. don.& per Bald.in l.ij.in j. col.C. de episc.aud.ubi dicit in pœna legali ut cõmittatur, etiam pro facto inualido,nõ conuentionali. uide ibi omnino,& per Bart.in l.ubi pactum.in fin.C.de transact. Bald.in d.l.ij.dicit legalem committi: quia lex committi dicit pœnam,& ita statuit: ergo in dubio secus esset: ut in extrauag. Bar. in d.§.si quis de cessione inualida.Et adde,quòd pœna pro locatione prohibita ad centum annos non cõmittitur, quia locatio est inualida.j̄.uerb. Prohibitus.Item pœna,cle. j.de senten. excom. habet locum contra religiosos uiolatores interdicti etiã inualidi, ut ibi, quod tenet etiam ibi Car. iiij.opp.adde hîc omnino no. per Pau.de Cast. consi.cclxij. in ij. col. quãdo pro actu inualido pœna cõmittatur.& Bar. in l.filium.§.si quis. de leg.præstan. ubi dicit pœnam statuti contra cedentem non habere locum, quando cessio est inualida.& Bar.in l.non putauit.§.nominis.de bo.pos. contra tabu.& j̄.& in Spec.de emp.& uen.§.iij.uer. sed pone,uxor. Item per Pau.de Cast. in consil.cxlix.Item & infrà,uer.Procurator reuocatur.uersic.ulti. Sed pœna committitur,si sequatur traditio:ut dicit Bald.in c.j.§.aut si libellario. in ulti. col.uer.sequitur in text.quibus mo.feu. amit.& suprà, Emphyteuta alienat.uer.ix.& suprà, Officialis syndicatur.uer. xxvij. In casu tamen c.ij.de sol. pœna cõmittitur,licet actus sit nullus,secundum Abb.ibi.Idem in casu cle.j.de consang. & affinita.& ibi Card.viij.opp.nisi per uim , uel per metum contrahatur matrimonium in gradu prohibito : quia non tenet matrimonium, & pœna non committitur. Card. ibi. quæst.vij.

† Pœna adiecta uenditioni non habet locũ in uenditione nulla:ut dicit Bal.in l.ij.in j.col.uer.ex prædictis.C.de episc.audi.Sequitur Fabia.de mon.san.Saui.in suo trac. de Emptio. & uendi.in xxxv.q.iij.princ.q.]

Pœna conuentionalis ex facto frustratorio non committitur. l.ea.& ibi Bald.in ij.not.& Salic. C.si mancip. ita fue.alie. & Bal.in l.ij.j.col.C.de episc.aud.ubi omnino.

Pœna committitur contra eum, qui promisit non alienare rẽ fideicommisso subiectam.Bar.in l.seruo.§.j.de leg.j. Item,

Pœna pro petitione prohibita ualet. & committitur, licet petitio sit infructuosa.Bartol.in l.j.C.de bon.sublat.lib.x. Sed Bald. contrà, in l.j.ad fin. C. si rec.prouinc.& j̄.uerbo,Proponens.uersic.j.

Pœna est nulla,quãdo principalis obligatio est nulla, ex causa incertitudinis.l.ita stipulatus.la grande. & ibi Alex.iiij.col. de uerb.oblig.

Pœna in compromisso nullo posita, an committatur. Alexan. consi.xxxij.ij.parte,quòd sic. Sed cõtrarium tenet ipse post Bar.in l.licet.§.si seruus.ff.de peculio.

Pœna imposita ratione alicuius actus deficiẽtis committitur, etiamsi actus interuenit, sed de iure inualidus. Card.in cle. si.xij.q.de elec. quia paria sunt,non interuenire actum, uel interuenire inualidum.

Pœna super transactione alimentorum inualida,est nulla.Bar. in l.cùm hi.in fine principij.ff.de transact. per gl.in l. qui fidem.eod.ti.& j̄.in uer.Pœnæ petitio,uer.pe.Item,

Pœna committitur contra uasallum, cogitantem aliquid contra dominum per uiam contractus etiam inualidi. Bal. in c. j.in princ.in ij.no.de prohib.feu.alie.uer.Loth.Item,

Pœna statuti propter cessionẽ non ualet,si cessio fuerit inutilis.Bar.in l.filium.§.si quis.de leg.præstan.Item,

Pœna super statuto inualido non ualet. Bal. in l.j.in j. col.in fi. C.de indic.uidu.tol.& in l.j.iiij.oppo. C. de his, quæ pœn. no. Item,

Pœna statuti contra opponentem exceptioni,non habet locũ contra opponentem ineptè.Bal.& Alexan.in l.j.§.j.ff.quod quisque iur.& Bald.& Alex.in l.aduersus. de in ius uocan.

Pœna priuationis iuris sui non committitur contra fœminam emphyteutam alienantem sine consensu propinquorũ,contra formam statuti, quia alienatio non ualet. Bald.in l.ij. C. de episcop.aud.

† Pœna,quando nõ extenditur ille, cui principaliter est facta promissio, nec ille, cuius personam repræsentat, tunc non committitur,si non interest:secus, quando ostenditur,licet non intersit: & qualiter hoc limitatur,uide do.Bart.Soci.in consil.ccliij.incip. In causa domini Io. uer.circa sextam difficul.circa medium.in ij.parte.]

Pœna non committitur contra eum,qui uenit contra suum cõtractum inualidum.l.continuus.§.cùm quis.de uerb.oblig. Quod est uerum, si contractus non tenuit: quia est contra ius:secus,si præter ius.l.stipulatio ista.§.alteri.de uerb.obli. & not.in l.iuris gentium.§. generaliter. ff. de pact. Ita tenet Flor.in l.uenditor.in fin.princ. ff.communia prædi.& facit, quia consensus ad actum inualidum non nocet. Bart.in l.sicut.§.uenditionis.ff.qui.mo.pig.sol. Item,

Pœnale nõ tenet,si principale non tenet.l. Seius,& Augerius. & ibi Bartol. ad legem Falcid. Bald. in authen. habita. in ij. col.uer.sed quid in collegio.C.ne fi.pro pat.& in l.j.iiij. oppo.de his,quæ pœ. no.& glos.in c.ij.de preca. Car.in cle.ij.§. j.de hæret.

Pœna supra iurisdictionem iudicis non ualet. s̄.Præceptum. uersic.lxv.

20 Pœna pacto , uel præcepto turpi non potest apponi. l.j. de his,quæ pœ.nom.Item nec in casu d.legis Seius.

Pœna religionis,uel torturæ, hæredi non potest apponi à testatore, si non præstat legatum , nec à statuto. Bald. in l.j.in ulti.colum.de his,quæ pœn.nom.& infrà uerbo,Pœna corporalis.uersic.xv.

Pœna in præcepto continente rem non factibilem, non potest apponi. Bald.in l.j.vij.oppo. de his, quæ pœ.no.& j̄.Præceptum.uersic.lxxxij.

Pœna præcipitationis de turri est prohibita. l. si diuturno. §. fin.ff.de pœnis. & infrà , in uerbo, Pœna corporalis.uersic. xxj. Item,

Pœna plantationis in terram est prohibita. Flor. in l.qui occidit. ff. ad legem Aquil. & infrà in uerbo , Pœna corporalis. uersic.xxij. Item,

Pœna perpetuæ custodiæ carcerum est prohibita. Bal.in l.j.in j.q. C.qui ad lib. perue.non pos. & in l.j.de man. uin. ubi de his.& per Bal.in l.incredibile.C.de pœnis. & infrà , in uerb. Pœna corporalis.uersic.xxij.

Pœna personalis per pactũ non potest imponi.Bal.in l. executorem.xiiij. colum. C. de exe.rei iudic. not.in l.liber homo. ad legem Aquil.

Pœna perpetui carceris est prohibita in homine libero,non in seruo.l.incredibile. C.de pœn.nisi homo liber esset puniendus capitaliter.Bal.ibi.

Pœna annuatim solui non debet, etiã iussu testatoris propter cessationem à solutione sortis. Bartol.in l. cùm stipulati. in l.si.ff.de uerb.oblig.

Pœna ualet in stipulatione inualida. Bartol. plenè in l. ita stipulatus.xij.oppo. & Alexan. in l. stipulatio ista. §. alteri.de uerborum oblig.

30 Pœna per iudicem incompetentem imponi non potest,secundum Bal.in Marg.uerb.Factum.uersi.x.

Pœna super notorio fundata non ualet, si non sit notorium. Bal.in addi.Spe.de notor.cri.uersi.j.

Pœna non adiecta in contractu per partes , non potest adijci per notarium habentem authoritatem à partibus extendẽdi,addendi,& minuendi contractum de consilio sapientis. Bal.in addi. Spe. de instru.edi.uer.si tabellioni.uide omnino Alex.post.Bal.in l.iij.qui satisd.cog.

Pœna priuationis hæreditatis non potest apponi hæredi propter inobedientiam tertij.l.paterfa. testamento. ff. de hære. insti.secundum Bal.in l.j.v.oppo.C.de his,quæ pœ.nomi.

Pœna in testamento an possit apponi. in d. l. j. & ibi Bald. per totam

totam legem.C.de his, quæ pœ.no. ubi distinguit secundũ qualitatem pœnarum.& ĩ.in uerb.Pœna committitur. uer. xxxij.& xlvij.& in uerb.Pœna extenditur.uersi.vj.

Pœna de non alienando an possit in codicillis apponi. Bal. in d.l.j.xj.q.dicit uideri, quòd sufficiat hæredi soluere pœnam, quæ ueniet familiæ,& poterit alienari:& sic uult, quòd possit apponi.

Pœnæ promissio inter absentes non ualet, sed obligatio bonorum sic.in Spe.de instru.edi.§.xv.uersi.si autem.

† Pœna si apponitur à iure ipso facto propter aliquod delictũ commissum,nunquam est locus illi pœnæ, nisi illud delictũ sit consummatum, quantumcunq; fuerit inchoatum, licet extraordinariè posset puniri, quia delictum inchoauit:pœna tamen à iure imposita non habet locum. Singulare fuit dictũ Io.And.in regula, odia.de regulis iuris.lib.vj. in Mercu.quod dictum refert & sequitur Abb.in d.ca. cùm in cunctis.§.clerici.& dicit probari ex illo tex.iuncto c. perpetuæ. de elect.lib.vj.& uide Ioan.And.in regula,in pœnis.de regulis iuris.lib.vj.in Merc.& uide sing. dictũ Bart. in l.j.ff de fisca. quod refert Abb.in d.§.clerici. quod statutum puniens delictum certa pœna, non habet locum in eo,qui inchoauit illud delictum,si illud non perfecit: quia statutum, & maximè pœnale,est strictissimè interpretandũ,ut in regula,odia. Et de hoc ultimo dicto uide quod no. Bal.in l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cle. Et pro primo dicto uide Abb. in cap.j.de præsumpt.& in cap.j.de eo, qui mit.in pos. causa rei seruan.]

† Pœna temporalis,puta triennij, si alicui imponatur pro delicto,& aliquis inciderit in illam pœnam, & durãte triennio, ille iterum committit delictum,& sic incidit in nouam pœnam triennij, an istud secundum triennium incipiat statim post perpetratum delictum,an debeat expectari finis triennij.Abb.in ca.cùm in cunctis.ad fin.de elec.Et in simili uide Bart.in l.senatus.ff.ad Turpil. & uide eundem Bar. in simili in l.uulgaris est quæstio.ff.de fur.& in l.Mæuius.§.duobus. ff.de lega.ij.& Pet. de Anchar.in c.j.de conces.præben.& in consi.iij.& consi.lxxvij.& Ioan.de Imo.in c.ex literis.de cõsti.Bal.in c.ex parte.eod.tit.& in c.preterea.de dilatio.Old. consi.lxxx.Ioan.And.in c.unico.de plus peti.Barto.in l.aut damnum.§.quisq;. ubi bonus tex.ff.de pœn.Barb. in d.c.ex literis.& in d.cap.præterea. & in l.si ita stipulatus. in xvij.& xviij.col.ff.de uerb.oblig.& uide Bar.in d.§.duobus.in xiij. col.in pri.in uersi. secundò inducitur. & Ioan.And.in addi. Spec.in tit.de pœnis.in fin.princ. Et quid de dilatione data alicui per legem, an confundatur cum cõuentionali dilatione, uel incipiat à die primi termini conuentionalis. Vide Bald.in l.fin.C.de repud.hæred.facit text. in l.capite quinto.ff.de adulte.& quod in simili not.Barto. in l.fi.§.quoties. ff.de public.]

† Duo fecerunt pacem,& promiserunt sub certa pœna se non offendere, demùm unus offendit alium, & ille sic offensus offendit postea offendentem, quæritur nunquid posit agere ad pœnam contra primum offendentem, ex quo ipse postea offendit. Abb. in cap. bonæ memoriæ. el j. in iij.col.de elec. & in cap.quemadmodum. de iureiuran. dixi suprà, in uerbo, Pax.]

† Pœnæ appositio tollitur, ubi contractus non tenet: quia est contra ius: ut no. gl. in c.ij.de preca. Secus,si contractus sit præter ius: quia tunc tenet pœnæ appositio,etiamsi sit nullus. Ad hoc c.dilecti.& c. per tuas.de arbi.& quod no. in regula,accessorium.de reg.iur.lib.vj.& gl.in l. pacta quæ contra.C.de pac.& no.in c.significantibus.de offic. deleg. Abb. in d.cap.ij.]

† In materia pœnali prouisio concepta in ueram formam non extenditur ad fictam & præsentatam. facit text. in l.iij.ff. de nego.gest.Abb.in c.graue.in ij.col.de præben. uersi.ex quo potes colligere.]

† Vbi iure duo sunt æquiparata, pœna addita in uno, uidetur in alio repetita.Pro hoc text.cum gl.in c.si postquam.in fin. de elec.lib.vj.facit l.ij.ff.ad Tertul. Itẽ si in fine alicuius statuti pœnalis sit aliqua additio, pœna apposita in prin.uidetur repetita in alia additione: ex quo enim adijcitur, uidetur,quòd sit pars illius statuti.Et intellige,cùm dicitur, Adijciens,uel idem iudicium esse uolumus. Abb. in c.de multa. post gl.de præben.in vij.col.quam gl. communiter sequuntur doc.Ego addo Lap.in cle.statutũ.de elec.ubi uoluit hoc super uerbo,consuetudine.quod do.Car.ibi dicit esse singulariter notandum: quia id, quod uenit per modum addẽdi, sit pars illius,cui additur l.sed si manente. ff.de preca.In contrarium facit tex.iuncta gl.in cle.ij.in §.fi. in uerbo, sanctioni.de uita & ho.cle.ubi sanctio illa est pœnalis,& papa facit additionem illi sanctioni.& tamen gl.ibi dicit, q illa additio non erit sanctio, quasi uelit, quòd cùm sanctio sit pœnalis, additio non erit pœnalis, adeò quòd pœna apposita in sanctione, non uidetur habere locum in additione. Concorda illam gl. esse uerá, nisi statuens apponat aliquod uerbum in additione, quod esset repetitiuũ omnium existentiũ in statuto.per tex.d.c.de multa.in uerbo, hoc idem in personalibus.& ibi per do. Ant.facit quod legitur & no.in l. Titia.§.j. ff.de uerb.oblig.]

† Pœna pecuniaria pro delicto imposita, præsumitur ex auaritiæ fonte leuata, si imbursetur: sed si causa correctionis, & fonte charitatis exigatur, quod præsumitur, si pauperibus erogetur, tunc est licita: ut concludit Abb.post Host.& Io. And.in c.clericorum.de uita & hone.cleri.in fi.]

† Pœna non debet executioni mandari, donec sentẽtia super eo sit lata,& in rẽ transeat iudicatam,c. cùm secundũ leges. de hæreti.lib.vj.Inno.in c. bonæ.de æta.& quali.Et pro limitatione.d.ca.cùm secundum.uide Abb.in cap.peruenit. el j. de appell.]

† Pœna adiecta à testatore non concernit,nisi bona obuenientia ex testamento ipsius. Abb.in c.Raynaldus. de testa.in ij. col.unde non extenditur ad bona subiacentia restitutioni ex testamento alterius:& pœna posita ex contrauentione committitur ex sola contrauentione facti, quanquam contrauentio,seu contradictio,nõ habuerit suum effectũ. Abb. in c.Raynaldus. in vj.col. de testa. Et ibidem si quis promisit aliquid habere ratum, non committitur pœna, si cõtrauenerit de facto: secus si promisit habere firmũ id,quod factũ est.gl.sing.cõiuncta doctrina Bar.in l.id, quod pauperibus. C.de episc.& cleri.]

† Pœna apposita à testatore onerat hęredem ad eius obseruãtiam, & naturaliter obligatur oneratus defuncti uoluntatẽ obseruare:ut in c.cùm in officijs.de testa.licet aliæ pœnę iuris non sint obseruandæ in foro conscientiæ. gl. in c. fraternitas.xij.q.ij.quia pœnæ referuntur iudici, ut satisfiat Reipub.læsæ & fraudatæ ex delicto:quæ ratio cessat in foro animæ, cùm ibi principaliter imponatur pœna in fauorẽ Dei. Facit quod uoluit Inno.in c.sicut dignũ.de homi.Item quia forus contentiosus non intendit animarũ saluti,sed ut plurimùm respicit argumentum delinquentis. Abb.in d.c.Raynaldus.de testa.in x.col.in glo.in uerbo,adijciens.ubi ualet pœnæ oppositio, quatenus sufficit patrimonium testatoris: & pœna dicitur esse id, quod diminuit patrimonium alicuius:ut no.Io.Ant.in c.fi.de elec.lib.vj.Abb.ubi ſ.

† Pœnam exilij ac uerberum habet ecclesia. Abb.in c.j.de calumnia.& in c.ad audientiam.de cri.fal.]

Pœna à quibus imponatur, uel nõ, uide ĩ. eo.per totum.& ſ.eo.uersi. xxiij. quòd à iudice,non tamen incompetenti. Itẽ à testatore. Item à contrahentibus. Item à compromittentibus. Item à statuto, & de singulis dicetur ĩ.§.seq.

Pœna à iudice in sententia licet non sit expressa, tamen habetur pro expressa, si declaratur, delictum esse cõmissum.Bar. in l.si te.C.de infamibus.uide Bal.in l.si quis non dicam. de epi.& cle.& ĩ.in uerbo, Pœnæ petitio. uersi.x.Item,

Pœna non potest iniungi à sacerdote in confessione sacramẽtali,ut quòd confitens restituat malè ablata sub certa pœna. ſ.uerb. Clericus.Item,

Pœna per legatum prouinciæ potest apponi.Sed an sit perpetua,uel temporalis,uide Io.de Imo.c.fi.de offi.lega.

Pœna non imponitur, nisi ubi à lege reperitur imposita. Bald. in l.iij.C.de sacrosan.eccles.& ſ. in uer.Pœna, & Vsura.uer. iij.Item in casibus similibus.Innoc.in c.qualiter & quando. el ij. de accus.& Bal.in Marg.uerb.Pœna.in fine.

Pœna per iudicem imponi potest responsuro, ut respondeat ueritatem,& exigi potest,si ueritatem non respõdeat.Bart. & doc.in l.iij.§.j.ff.ubi pu.edu.deb.

Pœna poteſt apponi per iudicem in ſentẽtia. l.iij. & ibi Angel. C.de re iudi.non tamen per arbitrum. Bald. in l.quid tamẽ. §.fin.ff.de arbi.ubi Bartol. Lanfranc.in tract.de arbi.j.parte, iij.col.& in vij.parte,x.q.Sed uide omnino Bart.in l.j. C. de uſur.fiſcal.lib.x.& in d.§.fi. & ibi Pet.de Sun. & in l.arbiter. eo.tit.Adde Bal. Ang.& Imo.in l.ij.ff.de pub.iudi.& ſ̃.uerb. Arbiter.uerſi.lvj.

Pœnæ nõ poſſunt imponi per eos,qui diſponere non poſſunt. Addo no.per Bal.in auth.ſed nouo iure.in ij.col.de ſer.fugi. & j̃.uerb.Pœna committitur.circa finem.

Pœna filio offendenti patrem imponi debet arbitrio patris. j̃.uerb.Pœna arbitraria.

10 Pœna poteſt poni in contractu procuratoris cõſtituti ad cõtrahendum,& in contractu pacis per ambaſiatorẽ,& in contractu rectoris eccleſiæ nomine eccleſiæ. Abb.in cap.iiij. de precar. Ang.in l.bene à Zenone.de quadr.præſcript. & plenius per Alex.in l.ſolutum.§.fi.ff.de pig.actio.& infrà, Procurator contrahit.uerſi.viij.

Pœna per ſtatutum imponi non poteſt conſanguineis clericorum.Bar.in l.j.ff.de his,quæ pœ.nomi.

Pœna per epiſcopos imponi poteſt prohibitionibus honeſtis, ubi à iure prouiſum non ſit, quia habet merum & miſtũ imperium.c.j.de cõſtit.in vj. & Bal.in Marg.uerb.Vniuerſitas. uerſi.iij.Item,

† Pœnitentia publica nõ debet imponi, nisi pro crimine adeò graui, & notorio, quòd totam urbem commouet: ut in c. in capite. 50. dist. Abb. in c. fi. de his, qui fil. occide.]

† Ad Pœnitentiam agendam ecclesia potest compellere peccatorem: & si peccatum est publicum, publica debet esse satisfactio, & cum qua qualitate peccatum est productum ad esse, cum eadem per pœnitentiam abolendum est. Abb. in c. j. de pœni. & remis.]

† Pœnitentia solennis dicitur illa, de qua habetur 50. dist. in capite. & illa non imponitur, nisi pro delicto enormi, & scandalizanti totam urbem. xvj. q. vj. c. fi. & not. in d. c. in capite. publica uerò est illa, quæ imponitur in publico sine solennitate, de qua d. c. in capite. & hæc imponitur, siue delictum sit graue, siue sit leue, & omnis solennis pœnitentia est publica, sed non omnis publica est solennis: & nunquid publica uel solennis pœnitentia sit indicenda clerico. Abb. in d. c. j. & in c. quæsitum. eo. tit.]

† Pœnitentia septennis regulariter debet esse pro quolibet peccato mortali: tamen sacerdos ex causa potest mitigare eam, ut in cap. Deus qui. de pœni. & remis. & in c. mensurã. de pœn. dist. j. & uide glo. in c. tempora pœnitudinis. xxvj. q. vij. & in c. latorem. xxxiij. q. ij. imò posset esse tanta contritio peccatoris, ut fieret absolutio sine iniunctione alicuius pœnitentiæ exterioris: ut no. de consec. dist. iiij. in c. baptismi uicem. & d. c. mensuram. nam & ipsa maxima contritio est maxima pœna. de pœni. dist. j. quem pœnitet. Abb. in c. ij. in fi. de pœni. & remis.]

† Pœnitentia arbitraria consideratis circunstantijs indicenda est ei, qui se defendendo modum excessit. Abb. in c. significauit. de pœniten. & remis.]

† Pœnitentia alleuiari debet, licet quis faciat malum propter bonum finem: non tamen peccatum excusatur. Abb. ibi.]

† In imponenda pœnitentia sacerdos nõ debet esse austerus. Ad hoc adduco text. in c. alligant. xxvj. q. vij. debet enim talem imponere pœnitentiam, qualem præsumit peccatorem posse peragere: nec debet peccantem adducere ad periculum desperationis: & si peccator non ualet agere pœnitentiam, quam imponit sacerdos, tamen contritus est de peccato suo, quòd tunc debet sacerdos eum absoluere cum leui pœnitentia: & etiam sine aliqua pœnitentia: nisi ille diceret se non posse agere pœnitentiam, secundum Hosti. in Sum. de pœni. & remis. Ratio est, quia si non agat hîc pœnitentiã, luet illa peccata in purgatorio. nam pœnitentia, quæ peragitur hîc, tollit peragendam in purgatorio: & quæ hîc non perficietur, perficietur ibi. xv. dist. qualis. Abb. in d. c. significauit.]

† Pœnitentiam ueram, qua reparatur homo lapsus, & incipit esse nouus homo. 50. dis. ferrum. pauci agunt. Vnde Ambrosius ait, plures inuenisse pœnitentiã simulantes, quàm congruam pœnitentiam agentes. de pœni. dist. j. c. sunt qui arbitrantur. Nescit igitur homo, an sua pœnitentia sit accepta, uel non: ut in cap. fi. de purg. cano. in uer. cùm beatus Ioannes. & Ecclesiastes in prin. Nescit homo, an honore, uel odio dignus sit. & Apostolus: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. de pœn. dist. j. adhuc. Potest tamen quis scire se habere charitatem. j. q. j. Pau. & colligitur ex not. per doct. in d. c. fi. de purga. cano.]

† Pœnitentia tẽpore interdicti conceditur morientibus duntaxat: hodie uerò conceditur omnibus, dummodo non fuerint causa interdicti, uel auxiliũ præbuerint. Abb. in c. quòd in te. de pœni. & remis.]

† Pœnitentia non conceditur cruce signatis, uel peregrinis, nisi periculo imminente. Abb. in d. c. quod in te. ij. col.]

† Pœnitentia, seu alia sacramenta non sunt deneganda alicui, quantumcunque facinoroso in mortis articulo contrito. Abb. in c. in literis. de rap. & in c. ij. de fur.]

† Decedens in peccato rapinæ alicuius rei ecclesiasticæ, non debet admitti ad pœnitentiam nec debet sepeliri in cœmiterio sacro. & idem est in quocunque decedente in peccato mortali. Abbas in c. super eo. de rap.]

† Indulgentia concessa uerè pœnitentibus & confessis prodest illis, qui fuerunt confessi semel in anno. Abb. in d. c. omnis. in vj. col. uer. & ex his.]

† Pœnitentia licet imponatur, non tamen tollitur potestas iudicis secularis, quo minus possit procedere contra pœnitentem. & idem dicendum, quo ad iudicem ecclesiasticum. Abb. in d. c. ij. & uide glo. in c. admonere. uersic. xxxiij. q. ij.]

Pœnitentia iniuncta per papam an ex causa mutari possit per episcopum. suprà, uerb. Episcopus in spiritualibus. uersicu. xlix. quòd sic. & in Specul. de pœ. & re. Puto, quòd uoluerit allegare uer. ad fin. sed loquitur in casu diuerso, uidelicet nunquid pœnitentia iniuncta per episcopum possit dimitti per sacerdotem. & dicit quòd non, licet econtrà sic. Car. in cle. j. §. si qui. de priuileg. quod sic, per glo. in c. cùm P. de accusa. & in c. ij. de sacri. & quid econtrà. Cardi. in cle. ij. §. j. xij. q. de pœni. & remis.

Pœnituisse quis præsumitur in articulo mortis. xxvj. q. vij. qui recedunt. ij. q. vij. sancimus. de homi. c. significasti. arg. contrà: quia ecclesia militans non iudicat de occultis. de pœni. distin. j. agite.

Pœnitentia cœpta sufficit ad hoc, ut peccans cum uxore uel uiro post pœnitentiam cœptam non peccet mortaliter. c. fi. de diuor. c. ex literis. de furtis.

† Pœnitentia publica iuueni non imponitur, cùm dubitatur, quòd non seruabit. Feli. in c. scribebam. circa princi. de præsump. & c. nouit. in fi. xj. col. de iudi.]

Pœnitentia non potest iniungi à non proprio parochiali, etiã pro delicto commisso in eius parochia. gl. fin. xvj. q. j. c. j. secundum Lud. in uer. Pœnitentia. uersi. ratione delicti.

Pœnitentiales canones arbitrarij sunt. in Spec. de offic. iudi. §. ij. uer. xij. ad finem.

Pœnitentia per canones iniuncta potest mutari per confessorẽ, quia est arbitraria. Ab. in c. ij. de emp. & uen. per c. Deus, qui. de pœ. & re. & c. mensuram. de pœni. distinct. j. & suprà, Confessio sacramentalis. & Abb. in c. sicut. de testib. quòd sacerdos potest diminuere tempus septem annorum dandum pro pœnitẽtia peccati mortalis, per gl. in c. sunt plures. de pœni. distin. iij.

Pœnitens publicè an possit esse testis. in Spec. de teste. §. j. uer. quid de portantibus.

10 Pœnitentium causæ pertinent ad ecclesiam. Ita Spec. in tit. de competen. iudi. adi. §. j. uer. xvij.

Pœnitentia quam infamiam tollat. in Spec. de competen. iud. adi. §. j. uer. xvij.

Pœnitentialis confessio si reueletur per sacerdotem, qualiter probetur. & adde suprà, uer. Confessio sacramentalis. uersi. xlij. Addo

xlij. Addo Spec. in tit. de proba. §. j. uer. qualiter fiat. & Bald. in l. archigerótis. C. de epi. audi. quod nõ probat in iudicio.

Pœnitentia delet omne crimen. in Specu. de no. cri. §. viij. uer. notorium facti.

Pœnitens potest dare confessori suo etiam quod subiacet restitutioni. no. in c. cum uoluntate. & ibi Abb. Sicu. de sent. excommunica.

Pœnitentiarius maior est unicus, & debet esse cardinalis: sed minores sunt plures. in cle. ij. §. eo ipso. & ibi per Cardin. de elec. ubi etiam dicit, quòd eorum iuribus credendum est.

Pœnitentiarij officium, sede uacante, an duret. gl. & Card. in d. §. eo ipso. & quare ibi. q. vij.

Pœnitentiarius maior absoluit etiam in casibus reseruatis papæ, secundum Card. ibi: q. v.

Pœnitentiarij minores absoluunt in casibus, in quibus parochiales non absoluunt. id est, in casibus episcopo reseruatis: ut ibi. q. vj.

Pœnitentiariorũ numerus potest augeri per cardinales. Card. in cle. ij. §. eo ipso. in fi. de rela.

Pœnitentiam egisse peccatorem, probari potest per sacerdotem. Arch. 50. dist. in capite. infrà, Testes quot. uersic. 38. circa fin. ibi: item soli sacerdoti eccle.

Pœnitentia raptori peccanti, sed non restituenti rapta non debet dari. c. j. & c. super eo. de rap. Cardin. in clem. j. j. oppo. de pœni. & remis.

Pœnitentia in foro conscientiæ non tollit pœnam legalem, & econtrà. Abb. Sicul. in c. ij. de emp. & uendi. & melius suprà, uer. Pœnæ plures. uer. antepe. cum duobus sequentibus.

Pœnitentia in extremo uitæ petita, ualet, quia quacunq; hora ingemuerit peccator, &c. de pœ. di. j. §. hoc idem. de conse. dis. iiij. baptismi uicem. cle. j. & ibi Car. de pœni. & remis. uide s. uer. Confessio sacramentalis. uersi. xliiij.

Pœnitentia debet dari condemnato ad mortem pœnitenti, nõ obstante consuetudine. cle. j. & ibi Car. post gl. de pœ. & re.

Pœnitudinis iustæ humanitas non debet alicui imputari. in Spec. de li. concep. §. viij. uer. porrò.

Pœnitentia publica, uel solennis, non est imponenda pro peccato occulto. in Spec. de pœnis. in fin.

Pœnitentia papæ iniuncta à sacerdote an possit per ipsum papam minui. in Spec. de pœn. & remis. circa fi. quòd non. iniunctã uerò per episcopum sacerdos non relaxat, nisi in casu necessitatis: ut si superior adiri non possit, uel ex alia iusta causa. Card. in cle. ij. §. j. xij. q. de pœ. & remis.

Pœnitentia in delictis qualiter probetur. in Spec. de teste. §. j. uer. item opponitur, quòd est tibi. & §. xj. uer. hoc tamen.

Pœnitentia nõ probatur assertione eius, qui dicit se pœnituisse de crimine, secundum Io. Andr. sing. in addi. Specul. titu. de consti.

Pœnitentia an sit permissa. in Spec. de feu. §. quoniam. uersic. xxiij. & de instr. edi. §. uidendum. uer. quid si aliquis. ꝙ non.

Pœnitentia habet locum solum in peccato formę, non in peccato materiæ. Io. Cald. in c. qualiter. de ele. sed Hosti. tenet contrà, secundum Bald. in Marg. uer. Pœnitentia. in prin.

Pœnitentia usque ad litis contestationem tollit pœnam, in iudicio commissam. Bald. in auth. habita. pen. col. C. ne fil. pro patre. & ibi uide an post litem contestatam. & s. uer. Pœnæ remissio. uersic. viij. & infrà in uerbo, Pœnitentia in iudicijs. in uersic. v. & per glo. & Bal. in l. j. de plus peti. Abb. in c. j. eodem tit.

Pœnitentia non prodest, quando pœna ipso iure committitur, uel ipso facto. gl. in cle. ne in agro. §. quia uerò. in glo. in uer. ipso facto. de statu mona. & Bal. in d. auth. habita. ul. col. & Alex. in l. qui ea mẽte. in fi. de fur. & in l. j. ff. de infamibus. & in l. si insulam. in pe. char. de uer. obl.

Pœnitentia post delictum an prosit ad euitandum pœnã. doc. & Ioan. de Por. in l. si insulam. de uerbo. obli. & in l. qui ea. de furtis. & in l. quamuis. & ibi Ludo. Pon. de in ius uo. glo. in uersi. omni macula Bartol. & doct. in l. imperiales. §. j. C. de nup. Bald. in l. si quis non dicam. in iiij. col. C. de epi. & cleri. Paul. de Cast. in l. qui fidem. de transact. in l. iij. in prin. C. de ser. fugi. in l. si quis sit fugitiuus. de ædil. edi. & no. in c. licet canon. & in c. commissa. & in c. cupientes. de ele. in vj. & Io. And. in c. cùm laici. in j. gl. de iure patro. Bald. in l. alia. C. de his, quib. ut indig. & ad Syllan. dicit, quòd nõ habet locum, si lex ultra procedit: aliàs sic. & per Bart. in auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui ma. iudicauit.

* Pœnitere potest, qui falso instrumento in iudicio est usus, & non tantùm in prima instantia, uerùm etiam in causa appellationis dicere, se eo instrumento nolle amplius uti. Bald. in l. alia. col. fin. C. de his quib. ut indig. Alex. con. cviij. col. fin. uol. vj. Æmilius Maria Manolessus.

* Pœnitere non licet ei, qui falsum instrumentum fecit, sed etiamsi eo non utatur, in pœnam falsi incurrit. l. si falsos. C. de fals. Ay. Cra. con. xlvj. nu. 2. uol. j. Æmilius Maria Manol.

Pœnitentia in rapina non habet locum. l. non prodest. ui bon. rap. gl. no. xij. q. ij. Apostolicos. nec in crimine læsæ maiestatis. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maie. nec in hæresi. c. ad abolendam. de hære. in vj. & in c. excommunicatus. §. credentes. eo. tit. nec in consciscente sibi mortẽ. l. iij. in prin. de his, qui mor. sibi cõsci. nec in extrahente fugientẽ in ecclesiam. l. fi. §. mulier. de his, qui ad eccle. confu. nec in furto. l. qui ea mente. & ibi Alex. & doct. de fur. Sed an in contrahente matrimonium illicitum. Bart. in l. si adulterium. §. fratres. ff. de adulterijs.

Pœnitenti blasphemo non datur beneficium statuti de pace. Pe. de Anch. in c. fi. de maledic.

Pœnitenti de conuitio an sit parcendum. Cy. in l. si non conuitij. C. de iniur. quòd sic.

Pœnitentia in contractibus, uel alijs, non præsumitur, quando præcedunt uerba derogatoria ad futurum actum. Bal. in l. multum. C. si quis alte. uel sibi.

Pœnitentia non habet locum in promissione, sed permissione sic. Bal. in auth. hoc amplius. ij. col. de fideicom.

Pœnitentia locum habet in contractibus nominatis, quando accessit dolus partis. l. cùm in plures. §. mandaui. & ibi Bart. ff. locati.

† Pœnitentia in donatione an locum habeat, uide do. Pe. Phi. Cor. in consi. cclij. incip. In litera M. in iij. parte.]

Pœnitentia in contractibus principis non habet locum Dy. in l. digna. C. de legi. Bal. in l. qui se patris. xj. col. C. unde liberi. Sed

Pœnitentia in priuilegijs locum habet, nisi princeps receperit pecuniam pro eis. Bal. ibidem.

Pœnitentia clerici alienantes rem ecclesiæ facit eum à pœna liberari. suprà, Clericus alienat. uersic. xxij. & xxiiij. Item etiam ante alienationem perfectam, licet attentatam. Car. in cle. j. §. j. de reb. eccle. non alie. ij. quæstio.

Pœnitentia non habet locum in dante aliquid ecclesiæ etiam tumultuario impulsu mentis, & in uoto tumultuariè facto. xvij. q. iiij. sunt qui opes.

Pœnitentia in promissione permutantis an habeat locũ. Alex. consi. xvj. ij. parte.

Pœnitentia locum non habet in contractu innominato, quando causa, uel modus non potest impleri casu fortuito. glo. in l. penul. C. de condi. ob causam. Alex. in l. si pecuniam. pen. col. ff. eo. tit.

Pœnitentia non habet locum in habente rem pro derelicta, nisi re integra, id est, antequam ab alio sit occupata. l. ij. cum glo. C. qui bo. cedere pos. Alex. in l. ꝙ seruus. de stipula. seru.

Pœnitentia non habet locum in contractu transactionis. l. quamuis. C. de transact. & Alex. in l. dedi. in princ. de condi. ob causam. nec in donatione. l. Aristo. de dona. & Alex. ubi suprà, in §. Flauius. de uer. obl. Nec quando datur causa conditionis implendæ. gl. in l. itẽ mortis. de dona. causa mortis. & Alex. in l. si pecuniã. de condic. ob causam. † Et per Franc. Are. in d. l. quamuis.]

Pœnitendi facultas non transit ad hæredem. Salic. & Alex. in l. si pecuniam. pen. col. de condi. ob causam.

Pœnitentia in inuitante alium ad cœnam, punitur ut dolus. s. uer. Iurans. uer. ult.

Pœnitentia in contractibus ad præiudicium tertij quando habeat locum. Alex. & docto. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uer. obl. & suprà, uer. Donatio reuocatur. uersi. xxv.

* Pœnitere non licet, posteaquam ius alteri est quæsitũ. Ang. consi. ccclxiiij. col. pen. Ay. Cra. consi. cvj. nu. 14. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Pœnitentia in facto proprio re integra, id est, ex quo non est

ius alteri quęsitū, admittitur. l. si quis ius. per Bal. C. de reb. credi. & iureiur.

Pœnitentia in repudiatione maximè post annum, non admittitur. Bald. in l. j. vij. q. C. qui admitti. per l. filij. §. j. ad Tertul.

Pœnitentia in dictione non habet locum. Bal. in l. si dictione. C. famil. ercis. & Alex in l. si pecuniam. de condi. ob causam.

Pœnitere potest contrahens, dum contractus legitur per notarium. Bal. not. in l. contractus. vj. col. C. de fide instr.

Pœnitentia permittitur quandoque cum pœna, id est, perditis arrhis. Bal. in d. l. contractus. in pen. col.

20 Pœnitentia in quibus contractibus nominatis, uel innominatis, habeat locum. glo. & Alex. & doct. in l. si pecuniam. in princ. quòd non, quando altera pars pro parte sua impleuit. & §. si seruum. & in l. dedi. in prin. per Bart. de condi. ob cau. & ibi per Alex. & dicit ibi, quòd non, quando stipulatio interuenit, per l. ex placito. & ibi Bal. x. q. C. de rerum permu. Item nec si iuratum sit. gl. & doc. & Alex. in d. l. si pecuniam.

† Et per Fran. Aret. in d. l. si pecuniam. & uide do. Pet. Philip. Cor. in consi. lxviij. incip. Ardua. in litera C. in iij. parte. & in consi. ccvij. incip. In hac. per totum. in j. parte.]

Pœnitentia habet locum in contractibus innominatis re integra. Bart. in l. quamuis. C. de transact.

Pœnitentia in uerbo prolato non admittitur. Vnde uersus:

Euolat emissum semel irreuocabile uerbum.

Bald. in l. quidam elogio. C. de iure delib.

Pœnitentia locum non habet in contractibus, uel promissionibus pijs, uel dotalibus. Bar. & Bal. in l. sicut. in fin. C. de act. & oblig. & Bart. in l. si pecuniam. j. col. de condi. ob causam. & ibi Alex. Salicetus in l. si pecuniam. C. eod. tit. & Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uer. oblig. per tex. sing. in l. si ego. §. si res. ff. de iure do. & Bart. in l. ij. §. si pecuniam. de dona. & Bal. in c. j. in fi. qui suc. feu. & in l. mandatum. iiij. col. C. manda. Et adde, quòd si dedi ecclesiæ, ut aliquid faceret, si non facit, non repeto. sed ago, ut faciat. per c. uerum. de condi. appo. secundū Alex. in d. l. si pecuniam. in prin. pe. col. & Bald. in d. l. dictam. C. eod. tit.

Pœnitentia an habeat locum in patre, qui dedit filio licentiam donandi causa mortis. Bald. tenet, quòd non, si donatio fundetur in re filij, non si in re patris. in l. senium. C. qui testa. fa. pos. in fi. j. col.

Pœnitentia in dante, uel mandante, an debeat notificari. in d. l. si pecuniam. §. si seruum. de condi. ob cau. ꝙ sic.

Pœnitentia uenditoris an dissoluat cōtractum, uel faciat eum teneri ad interesse. gl. & doc. in l. j. in prin. ubi Bar. in iiij. col. in fin. ff. de actio. empti. distinguit. & in tit. C. quando li. ab empt. disce.

Pœnitentia in renunciatione beneficij, uel præbendæ, admittitur antè, quàm illud alteri conferatur, non pòst. Inno. in c. quidam. de renun. Ioan. de Pra. in l. si procuratorem. ult. col. ff. de procu. † Et uide, quod per Io. And. in Nouella. in c. fin. de supplen. negli. præla. li. vj. in uer. quia de præsentia.]

Pœnitentia in feudo habet locum. infrà, in uer. Vasallus iurat. uersic. iiij.

Pœnitentia in creditore nolente recipere oblatum à debitore, pendente cōditione an admittatur. Bal. in l. pe. ult. col. C. de condi. inser. & in l. acceptam. vj. q. C. de usur. quòd non.

Pœnitentia in iudicijs an habeat locum. infrà eodem. per totum.

Pœnitentia non prodest ei, qui forum declinauit. suprà, uerb. Declinans. uersi. vij.

Pœnitentia in creditore, cui offertur debitum, an habeat locū. s. proxi. uer. ult. & uer. Oblatio debiti. uersi. lxxviij.

* Pœnitere non licet ei, qui appellauit. c. j. de appellatio. in vj. Ay. Cra. con. cvj. nu. 13. uol. j. Æmilius Maria Manolessus

Pœnitentia in causa appellationis an habeat locum. Bal. in l. alia. C. de his, qui ut indig. in iij. col. in prin. ubi tenet, quòd si reus, contra quem agebatur de falso, appellauit, tunc admittitur pœnitentia actoris: si uerò appellauit accusator, non prodest pœnitentia. Vide ibi per eum, ubi ad utrumq; membrum assignat rationem. & per gl. in l. j. in prin. de act. empt. & quod not. in l. si creditor. §. iussus. de appel. & per Bal. in l. porrò. ad fin. quæ sit prima causa bene. amitten.

Pœnitentia in creditore petente plus debito admittitur, usq; ad litis contestationem. gl. Bal. & doct. in l. j. C. de plus pe. & gl. & Ab. in c. j. eo. tit. Ang. Pau. & Alex. in l. quamuis. dicunt quando pœna apponitur propter solam uocationē in ius, admittitur pœnitentia usq; ad litem contestatam: sed si propter petitionem, uel litis motionem, admittitur pœnitentia usque ad sententiam.

Pœnitentia in iudicijs ad euitationem pœnæ, admittitur usq; ad sententiam. l. qui cùm maior. §. accusasse. de accusa. Bart. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. & in l. amplius. rem ratam habe. & in l. j. in fin. C. de plus pe. & Abb. in c. j. eo. tit. omnino uide. & not. in l. alia. de his, quib. ut indig. & in l. quamuis. de in ius uo. ubi omnino. Vide Alex. post Bal. ꝙ si per statutum pœna imponitur petenti, uel excipienti, non habet locum pœnitentia ad euitationem pœnæ, secundum Ange. Pau. de Cas. Ful. & Alexand. ibi. & adde s. Declinare. uer. vj. Item infert Alex. ubi s. quòd renuncians liti, ante litis contestationem non euitat pœnam iam incursam propter litem motam.

Pœnitentia ante accusationē de incestu prodest. gl. in c. quod sicut. §. fi. de elec. per l. si adulteriū. §. idem Pollioni. de adul.

Pœnitentia protestantis se accusaturū nō prodest. l. miles. §. si socer. & ibi Bar. de adulte. & Ale. in l. qui desistit. ff. ad Turp.

Pœnitentia accusatoris an prosit ad euitandum pœnam talionis. Bal. in l. fi. C. de accusa.

10 Pœnitentia non habet locum in offenso, qui interrogatus, an uelit accusare offensorem, respondit quòd non, & propterea iudex inquisitionē formauit. s. uer. Inquisitio. uer. vij.

Pœnitentia usque ad litis contestationem admittitur pro pœnæ purgatione. Bald. in auth. habita. pe. col. ne fil. pro patre. & s. in uerbo, Pœnitentia in delictis. uersi. v. & in uerbo, Pœnæ remissio. uer. viij.

Pœnitentia in prorogatione iurisdictionis, quibus casibus habeat locum. Bal. in addi. Spec. de compe. iudi. adi. uer. iurisdictio. aliàs incipit, sub tribus. ubi ponit duos casus, uidelicet ubi iurisdictio prorogetur per pactum, quòd possit ubique conueniri: & si promisisset per pactum ubiq; respondere istis duobus casibus, admittitur pœnitentia usq; ad litis contestationem.

Pœnitentia in actu, per quem finitur lis, non habet locum. Bal. in l. edita. xxxvij. col. C. de edendo.

Pœnitentia locum habet in deferente iuramentum, si sibi probationes superueniant. Bar. in l. non erit. §. j. ff. de iureiur. uide textum, & Bal. in l. si quis ius. C. eo. tit.

Pœnitentia in sponsalibus, & matrimonijs, an habeat locum. glo. in l. sufficit. in uerbo, posse. ff. de sponsa. quòd sic. no. in c. fin. de procura. in vj.

Pœnitentia testatoris sufficit ad reuocationem fideicommissi: ut quia testator dicit, Pœnitet me. l. fideicommissum. & ibi Bald. C. de fideicom. Quod uerum est, quando pœnitentia est perfecta. Bald. ibi. aliàs non, nisi superueniat inimicitia, ut ibidē. Addo ad hoc ultimū, quando superuenit inimicitia, quod tunc reuocatur. tex. & ibi per Bart. in l. iij. §. fi. ff. de adi. lega. Qualiter autem probabitur talis pœnitentia, uide gl. in d. l. fideicommissum. & ibi Bart. dicens, quòd si uult probare pœnitentiam expressè, necesse est probare per solennem numerum testium. l. hęredes palàm. §. j. ff. de testa. Aut uult probare aliquos actus, ex quibus præsumatur pœnitentia, puta quia interuenit inimicitia: & tunc secundum Bar. sufficit probare per duos testes addo, quod singulariter dixit Bart. post Dy. in d. l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testa. ꝙ ad probandum, quòd propter inimicitias superuenientes tacitè reuocatur legatum, requiruntur septem, aut quinque testes: & sic requiritur, quòd talis tacita uoluntas solenniter probetur. Vide Bal. in l. hæreditas. C. de his, qui. ut indi. qui uidetur innuere contrariū, dum dicit, quòd statur soli assertioni. Sed potest intelligi Bal. dummodo probetur per quinque testes. & aliquid uide in seq. uer.

Pœnitentia testatoris debet probari per tot testes, quot in testamento requiruntur. Bal. in l. fi. v. col. de fideicom. & Bart. plenius in d. l. fideicommissum. adde, quod dixi s. proximo uersiculo.

Pœnitentia non habet locum in eo, qui consensit alteri leganti rem suam. Bal. in l. senium. C. qui testa. face. pos.

Pœnitentia patris in dando licentiā filio donandi causa mortis,

tis, an habeat locum. ſuprà, Pœnitentia in contractib. uerſi. xxiiij. quòd non.

Pœnitens eſt ſibi contrarius. Bal. in l. j. C. de furt. ult. col.

Penitùs, id eſt, ipſo iure: & dicit nullitatem abſq; alio decreto. c. Romana. §. in uniuerſitatem. & ibi glo. in uerbo, penitùs. doct. & Gemi. in iiij. col. uerſi. ex glo. habes poſt Io. And. de ſen. excom. in vj. per §. ſancimus. in auth. de alie. & emphy. Sed uide glo. in cle. j. de præben. Io. Andr. in c. j. de poſtu. præla. in vj. in Nouel. & eſt text. in l. ſi is, qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. Et exponitur penitùs pro ad. l. j. C. de glad. peni. tol. lib. xj. & Archid. in cap. j. de ſup. neg. præla. in vj. & Io. And. in c. j. de poſtul. præla. in vj. in Nouel. Alexand. in l. qui uſumfructum. de uerbo. oblig. & in l. Imperator. de iure fiſci.

† Adde, quòd penitùs, eſt canon latæ ſententiæ, & importat ipſo iure. gl. eſt ſingu. in l. ſi qui aduocatorum. in uerbo, penitùs arceantur. C. de poſtul. quam legem reputauit ſingularem ibi. Raph. Ful. hoc uoluit. Abb. in c. in quibuſdam. de pœn. ubi allegat ad hoc c. ſi. eo. ti. & uide Moder. & ibi Alex. de Imo. in l. qui uſumfructū. ff. de uer. obli. Idem dicas de dictione, Prorſus, ſecundum Abb. in d. c. in quibuſdam. & uide tex. & ibi Abb. in c. ad aures. de præſcript.

Penſio dicitur fructus induſtrialis potius, quàm naturalis, ſecundum do. Marian. Socin. de Senis, in conſ. An fructus rerum paraphernalium, &c. ubi nihil allegat. & tenet Bal. in l. j. in ij. col. uer. quæro, q d ſi teſtator. C. de uſur. & fru. leg. Imò dicitur induſtrialiſsimus, non autē induſtrialis, nec naturalis. Bal. in l. ſi traditio. in fi. C. de acti. emp. uide in l. ex diuerſo. de rei uen. & Bal. in l. ubi adhuc. pe. col. C. de iure do. & gl. in l. diuortio. in prin. ſolu. matr. & omnino per do. Alex. in l. ſi urbana. de condi. inde. refert Bal. in d. l. ſi traditio. ꝙ penſio non eſt fructus, ſecundū glo. in d. l. ſi urbana.

† Penſio annua inter immobilia cōputatur. tex. eſt in cle. exiui. in uerſi. item quod redditus annuos. & uide Bal. in c. ad audientiā. de reſcri. el ij. & in l. hac edictali. C. de ſecun. nup. Frede. de Senis conſil. xij. aliàs xiij. Bald. in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. ubi dicit, quòd iſtæ penſiones dicuntur eſſe fructus, & uide not. in c. querelam. de elec. ubi legatum factum ad magnum tempus, computatur inter immobilia. Dixit tamen Bal. in c. ad audientiam. conſtituta eſt penſio annua mihi ſoluenda non eſt appoſitum tempus ſolutionis. dicit quòd aut pręſtatur propter ſe, & in genere: & tunc in principio anni. Aut propter aliud, id eſt, propter operas tuas, & tunc in fine anni. Allegat l. ſi ſeruus communis. §. fi. ff. de ſtip. ſer. Aut de redditibus rei, & beneficij: & tunc debet ſolui recollectis fructibus. l. inter ſtipulantē. §. ſacrā. ff. de uer. ob. Aut propter legatum: & tunc in principio anni ſoluenda eſt: ut in l. nec ſemel. ff. quando di. leg. uel fi. ced. & uide Abb. in c. propter ſterilitatem. in v. col. ubi queritur, quo tempore eſt ſoluenda penſio pro re locata, & quid in alio contractu. & uide gl. & doc. in l. ædem. C. loca. & Bart. & doc. in l. qui hoc anno. ff. de uer. obl. Et an debeat augmentari penſio propter ubertatem, ſicut fit remiſsio & diminutio propter ſterilitatem. Vide Abb. in d. c. propter ſterilitatem. de locato.]

* Penſio aſsignata motu proprio, cùm tertiam fructuum partem excedit, non ualet. Hierony. Gig. in tracta. de penſioni. ti. penſ. in quanti. quant. conſt. poſ. nu. 45. in tantū, in quantum excedit. non enim omnino inutilis eſt: ſed intra legitimos terminos reuocando. Ludo. Rom. con. ccclxix. Æmilius Maria Manoleſſus.

* Penſio Cardinali aſsignata, etiamſi tertiam fructuum partem excedat, eius rei nulla facta mentio ſit, ualet. Hierony. Gig. in trac. de penſion. tit. penſ. in quant. quantitat. conſtit. poſ. nu. 7. Æmilius Maria Manoleſſus.

† Penſio eo ipſo, quòd ſit ſoluta, nō ſoluitur, uidetur quis ſpoliari facultate, ſeu poſſeſsione percipiendi. Abb. in c. querelam. in ij. col. de ele.]

† Vna eccleſia poteſt eſſe in poſſeſsione percipiendi penſionem annuam ab alia eccleſia, & pro penſionis ſubiectione poteſt agi iudicio poſſeſſorio.]

† Quando agitur poſſeſſorio ad præſtationē cenſus, uel penſionis ſubtractæ, non eſt neceſſe allegare cauſam quare debeatur penſio, uel cenſus: ſed ſatis eſt dicere, quod erat in poſſeſsione percipiendi, & nouiter fuit ſubtracta: & ſi agatur petitorio, ut ſuper proprietate iuri percipiendi cenſum, ſeu penſionem, debet allegare cauſam. Ab. in c. querelam. in ix. col. in gl. in uerb. per multa tēpora. in fi. de ele. & ibi uide an poſſit agi poſſeſſorio ſup ſolutione pēſionis, uel cenſus.]

† Penſio ſi omni anno pro certa re debeatur, & nunc denegas ſoluere, poſſum agere poſſeſſorio. Abb. in d. c. querelam. in x. col. de ele.]

† Penſio una impoſita pluribus rebus, uidetur tacitè diſtributa in ſingulis rebus: & ſic quælibet res tenetur pro rata ad penſionem conſtitutam. arg. in l. reos. §. cùm in talibus. ff. de duo. re. colligitur ex not. in c. conſtitutus. de reli. domi. & ibi Abb. in ij. col.]

† Beneficio ſuo priuatur, qui per colluſionem illud conſtituit cenſuale. Abb. in c. iij. de collu. detegen. & idem per Ana. q. ille, qui propter pactum penſionis agendæ conſecutus eſt beneficium, debet illo priuari.]

† Ad uoluntatem fundatoris eccleſiæ non ſolùm imponi poteſt cenſus, ſeu penſio perſoluenda, ipſi patrono, ſed etiam tertio, ſeu alteri eccleſiæ. Abb. in c. quanto. de cenſi.]

† Vna eccleſia poteſt obligari alteri eccleſiæ ad ſoluendā penſionē, licet ei nō ſit penſio ſoluenda, epiſcopus ex cauſa pōt imponere eccleſię inferiori. Ab. in c. cū uenerabilis. de cēſi.]

* Penſio etiam non legitimè nato concedi poteſt. Old. conſi. lxxxj. Domin. Geminia. in c. ſi. de præben. in vj. Doct. omn. in c. j. de ſupplen. negligē. præla. in Clem. Felin. in c. poſtulaſti. de reſcript. Curtius in tracta. iuris patronat. ij. q. princip. Ludo. Gomes S.P.A.C.A. in reg. de annal. poſſeſſor. q. xxj. in extre. Æmilius Maria Manoleſſus.

† Penſio debet imponi ædificio nouiter in publico facto, & non debet deſtrui: ut in l. j. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. & ibi Bar.]

† Penſio ſi fuit impoſita iure conuentionis ſuperioritatis, uel in ſignum protectionis, uel quia patronus hoc obtinuit ab epiſcopo tempore fundationis, uel ex pręſcriptione, nō debet augeri penſio eccleſię, licet ſint augmentatę eius facultates: quia nō ſubeſt iuſta cauſa. Sed ſi pēſio fuit ab initio impoſita, hàbito reſpectu ad facultates eccleſiæ: & tunc ſuperioris authoritate debet augeri, & minui penſio. Abb. in c. clerici. de pactis.]

† Si eccleſia abundat in redditibus, & caret ſuffragio miniſtri, poteſt ſtatui authoritate ſuperioris, ut ibi ſit unum beneficium pro clerico, & poteſt penſio in certam ſummam aſsignari, non tamē poteſt penſio nomine beneficij in fraudem aſsignari ſine iuſta & uera cauſa: ut ſi epiſcopus habens nepotem, cui nō poterat prouidere de eccleſia curata propter repugnantiam ætatis, ipſam eccleſiam contulit alteri ſacerdoti, & ferè omnes fructus decreuit aſsignādo nomine ſimplicis beneficij, quod fieri nequit, ut in c. extirpandæ. de pręben. Abb. in c. conquerente. de cleri. non reſi.]

† Penſionem eccleſiæ abundantis ſoluendam ad ſuſtentationem uirorum religioſorum, poteſt epiſcopus cum conſenſu capituli ſui minuere: ut in c. paſtoralis. de his, quæ fi. à prælа. Quod uerum eſt, quando detracta penſione rector eccleſiæ poteſt congruè uiuere, aliàs non debet diſcooperiri unum altare, ut cooperiatur aliud: ut in c. cùm cauſam. de pręben. no. Abb. in c. paſtoralis. prællegato.

Penſio poteſt dari in pignus, quo caſu actiones tranſeunt utiles in creditorem. l. cùm conuenerit. ff. de pigno. & ibi Bart.

Penſio ſi non ſoluatur, poteſt creditor includere in domo res inuectas. l. pen. & ibi Bart. quib. mo. pig. ta. contra.

Penſiones receptæ per legatarium ante aditam hæreditatem ab hærede ex domo legata, debent hæredi reſtitui, niſi hæres fuerit in mora adeundi. Bal. in l. j. C. de uſur. & fru. leg.

Penſiones perceptæ per hæredem an reſtituantur ſubſtituto. Alex. con. lxxxij. ij. parte.

Penſionis receptio per hæredem locatoris inducit ratificationem locationis. Rota in deciſ. ccxxxvij. ex pręmiſſis: ſecus, in ſucceſſore pręlati. Rota in deciſ. 236. ſi prælatus. in nouis.

Penſio, eſt portio ex aliqua menſa, uel beneficio ex cauſa ad tempus, non in perpetuum ſeparata. Card. in cle. j. §. j. iij. q. de ſup. neg. præla. & dicitur à pendeo, quia formaliter pendet à beneficio, à quo detrahitur, ſicut uſusfructus à proprietate: ut ibi. iiij. q. & eſt duplex, ſcilicet illicita, & licita: ut ibi.

ut ibi. v. q. & noua quæ dicatur: ut ibi. x. q. post glo.

Pensiones nouæ non sunt soluendæ. d. cle. j. & ibi Card.

Pensio non dicitur uacare, si pensionarius promouetur. Card. ubi s. vj. q. Et quid si pensionarius impetrat in forma pauperum. ibi. vij. q.

10 Pensio an posit permutari cum beneficio. in c. quæsitum. de rerum permu. uide Car. in cle. ij. j. q. de rerum permu. ꝗ

Pensiones non permutantur, quia non ueniunt appellatione beneficiorum.

Pensio in fructibus decimarum potest constitui aduocatis ecclesiæ per prælatum. Car. in cle. j. xvij. q. de reb. eccle. non alie. sed nec potest reuocari per successorem, si fuit constituta pro beneficio iam impenso, ut ibi. q. xviij.

Pensio domus dotalis soluto matrimonio, debetur uxori pro rata temporis, actione sibi cessa contra inquilinum per hæredem uiri. Bal. in l. j. iij. col. C. de usur. & fruc. leg. & no. in l. diuortio. in prin. sol. mat. & in l. filiusfa. §. fi. eo. tit.

Pensio ex relegata post aditam hęreditatem cedit legatario, & percepta per hæredem debet restitui pro rata; ante aditam uerò cedit hæredi. Bal. in l. j. pe. col. C. de usur. & fruc. leg.

Pensio fundi uenditi debetur emptori: ut plenè per Alex. post Bar. in l. Valerius. §. Triphonino. ff. de iure fis. & per Bald. in l. j. in iij. col. uer. similis quæst. C. de usur. & fruct. leg. & in l. si traditio. in fi. C. de act. emp. & Sali. in l. fructus. C. eo. tit. in l. Iulianus. §. si fructibus. & ibi Bar. ff. eo. tit. ubi uidetur contrarium, in uers. si uocatus. & in l. insulam. in prin. & ibi Bar. ff. loca. ubi pactum, quòd pensiones debeantur emptori, intelligitur de his, quę debentur uenditori: & dictum pactum operatur, quod colonus teneatur stare in conductione, ut ibi. & tenet Alex. in l. qui fundum. ff. locati.

Pensio tamen rei promissæ uendi computatur in sortem, & nō cedit emptori. Alex. sing. in l. Iulianus. §. offerri. de act. empt.

Pensio consueta censetur repeti in locatione domus, & ea debetur. Bal. in l. etiam. in fin. C. de iure dot. l. excepto. & ibi gl. & Bald. C. locati.

Pensiones an & quomodo æquiparentur fructibus. Bal. in c. j. ad fi. in pe. q. de pa. tenend. & in c. j. §. pe. hîc fi. lex Conra. sic si cessit dies soluendæ pensionis, æquiparantur fructibus à solo separatis, aliàs fructibus pendentibus: & dicit æquiparari fructibus naturalibus, per l. si nauis. de rei uendica. Bald. in l. in rebus. pe. col. C. de iure dot. & Alex. in l. qui se. §. fi. de condi. ob causam.

* Pensio adempta intelligitur ei, cui generaliter ob hæresim omnia sunt beneficia adempta, & qui ob eandem hæresis causam beneficium obtinere non potest, ne pensionem quidem poterit, c. quicunq;. §. hæretici autem. iuncta gl. in uer. beneficium. de hæretic. in vj. Hierony. Gig. q. xciiij. num. 7. Æmilius Maria Manolessus.

Pensiones an ueniant in confiscatione bonorum. Bal. in c. j. in ij. col. uersic. quid de pensionibus. de pace tenen. distinguit, aut cessit dies soluēdæ pensionis, & cōfiscantur: aliàs secus.

20 Pensiones feudi locati per feudatarium pertinent ad dominum finito feudo, sicut fructus pendentes. Flo. in l. defuncta. in fi. pri. ff. de usufr. Vide Bal. in c. j. §. hic fi. lex Conr. incip. Consu. re. gl. & doc. in l. j. de anno. ciui. li. xj. & doc. Io. de Por. in l. diuortio. §. j. ff. solu. mat.

Pensiones feudi, ad quem spectent alienato feudo. Bald. in c. j. ad fi. an agna. uel fil. uersi. sed quid in pensione. ꝗ tota pertinet ad locatorē, & eius hæredes. per l. Iulianus. §. si fructib. ff. de act. empt. & l. defuncta. ff. de usufruct. Quod intelligit uerū, quantū ad actionē ex contractu, ea tamen pensio, quæ exigetur, partiri, uel restitui debebit domino: ut ibi per eū.

* Pensio quam emphyteuta pro emphyteusi soluit, est ab eo domū domino ferenda, aliàs amittit emphyteusim, etiamsi diuersi fori essent, emphyteutaq; ad exigendam pensionem uenienti soluere paratus fuisset. l. forma. §. si uerò quis agrū. ff. de censib. l. ij. C. de iur. emphy. §. si quis igit ex qualibet. in auth. qui. mo. d. natur. efficiā. sui. Guliel. Cug. Bar. Alb. Bal. Ang. & Raph. Cuma. in l. item illa. in prin. ff. de const. pecu. Iason term. cons. viij. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Pensio propter sterilitatem an remittatur conductori ad longum tempus. Bald. in l. j. C. de iure emphy. in iij. col. in uer. quæro, an propter. ꝗ sic. Addo Panor. in c. potuit. in ij. col. in fi. de loca. & Bar. in l. si merces. §. uis maior. in ij. col. ff. locati.

Pensio emphyteusis debet esse tanta, quę cumulata pro uiginti annis faciat uerum precium rei. Ang. in auth. de non alie. §. quia uerò. in fin. col. ij. gl. in uer. constante. in auth. perpetua. de sac. san. eccl. & in Spec. de loca. §. vj. uer. dicitur autē. uide Alex. in con. lxxv. iiij. parte.

Pensio ad uitam constituta per episcopum alteri, nō potest reuocari per successorem. Old. consi. ccxxv. quòd sic.

Pensio fructuum clerici cui soluatur mortuo clerico. glo. ordi. & doc. in l. j. C. de anno. ciui. li. xj. & ibi Bar. quòd hęredibus clerici. & in l. diuortio. §. j. & ibi Io. de Por. ff. soluto matr. dicta glo. dicit, quòd percepta est ipsius, & hæredum: aliàs est ecclesiæ, & tenet gl. in c. fi. de offi. ord. in vj. & s. Fructus beneficij. & ibi latè per Bar. Addo no. per docto. in c. j. de offic. or. li. vj. tex. in c. relatum. de testa. qui uult, quòd transeat ad successores. Et ista est communis opinio doc. in clerico beneficiato habente administrationem: in clerico uerò simplici est maius dubium, secundū doc. & ibi Bal. & Sali. in auth. licentiam. C. de episc. & cle. & doc. in l. cōmodo. ff. de re iud.

Pensio an possit sequestrari. infrà, uerbo, Sequestratio. uer. xl.

Pensio augeri non debet colono propter meliorationem rei ab eo factam. Paul. de Cast. consi. lxj. per l. fin. & ibi Bart. C. de omni agro deser. li. xj.

Pensio noua nō pōt imponi cū consensu capituli, sine cōsensu rectoris immediati. Car. in d. cle. j. xj. q. de supplē. negli. pręl.

30 Pensio potest constitui alicui ex fructibus beneficij alieni. no. Abb. in c. extirpandæ. §. qui uerò. de præben.

Pensitationes & tributa, differunt: ut per Salic. in l. fin. C. sine cen. uel reliq.

Pensio constitui potest, pacto dimittendi eam, adepto beneficio. Car. in clem. j. xvij. q. de reb. eccle. non alie.

Pensio transit ad hæredem. l. defuncta. de usufru. Bar. in l. fin. §. fi. de iure fis. & Alex. cons. xv. ij. parte.

Pensio ex re pignorata computatur in sortem, siue extet, siue consumpta sit. Bald. in l. iij. in fi. C. in quibus causis pignus taci. contra. ad fin. per l. si conuenerit. in prin. ff. de pig. actio. & tenet Bar. in fi. eo. tit.

Pensio ex re pignorata extenuat sortem, quia à principio cum sorte recipit functionem: uel ex post, quia sit consumpta, puta commissione, ita quòd discerni non possit.

Pensio non est augenda colono ex eo, quòd sit multum lucratus ex casu inopinato superueniēti. l. si merces. §. uis maior. & ibi Bar. ff. locati.

Pensio, uel merces ad mensuram operis debita, potest præstari pro rata operis facti: aliàs nō debetur, nisi toto opere perfecto. l. qui insulam. §. qui ędem. ff. loca. nisi operarius sit pauper, cui dietim & minutatim debetur merces. Bart. ibi, & s. uer. Operarius. uer. x.

Pensio tota debetur locatori per conductorem ante tempus uoluntariè recedentem de domo: non si ex iusta causa recedat, ut propter pestem. Bar. in l. j. §. si pensio. ff. de migran. & in l. si in lege. §. si domus. in j. oppo. ff. locati. & s. Inquilinus. uer. xx. Addo Pau. Cast. in l. si uno. §. item cùm quidam. ff. locati. & tex. in l. inquilino. ff. de dam. infec.

Pensio pro partu in naui nato, non debetur. l. sed addes. §. si quis mulierem. ff. locati. & ibi Bar.

40 Pensio an possit solui abbati intruso. s. Conductor. uer. cvj. ꝗ sic, si ab eo conduxit: secus, si conduxerat. à uero abbate.

Pensio pro tempore præterito, & in futuro, simul peti potest. Bar. in l. malè agitur. in fi. C. de præscrip. triginta annorum.

† Pensio iusta solet esse illa, quæ uiginti annis ascendit ad ualorem rei. do. Pet. Phil. Corn. in consi. ccj. incip. Visis. in litera L. & in con. cclxxxv. incip. Viso. in litera L. in iij. parte.]

Pensio dicitur, quasi naturaliter debita, & uenit in sentētia, etiamsi non fuerit petita, sicut fructus. Bal. in l. cùm Archimedoram. C. ut in posse. lega. in j. col.

Pensio debet solui in fine anni. glo. in l. defuncta. & ibi Flor. ff. de usufruc. glo. & doc. in l. diuortio. §. j. sol. matr. Vide glo. in l. quæro. §. inter. ff. locati. & in d. l. sed addes. §. si quis eum. eod. tit. & ibi Bartol. tenet idem. & Barto. in l. j. ff. de migrano. in l. ædem. C. loca. nisi consuetudo aliter se habeat. Bart. & doct. maximè Bar. in j. q. in d. l. ædem. C. loca. Adde Alex. post Bar. in l. si seruus. §. cùm seruus. de stip. seruorum. Vide in Spec. eo. tit. §. nunc aliqua. uer. lxxxviij. & gl. in d. l. ędem. Alex. in l. qui hoc anno. de uerb. obl.

Pensio dicitur ex re gl. in l. liber homo. de uerb. oblig. Sed Bal. in l. si traditio. in fi. C. de act. emp. dicit, quòd dicitur quasi ex re. Io. And. in c. quanquam. de usuris. in vj. dicit pensionem non dici ex re, secundum do. Alex. in l. quod procurator. ff. de procur. quem omnino uide. & in l. stipulatio. §. si stipuler. de uerb. oblig.

Pensio integra solui debet. tex. cum gl. in uer. insolidum. in l. iij. C. loca. & in l. qui insulam. §. qui ædem. & ibi Bar. eo. tit.

Pensio an diminuatur, quando inquilinus ante tempus expellitur de domo códucta. gl. in l. iij. C. loca. in gl. in uerbo, corrigere. quòd sic.

Pensio an remittatur conductori hospitij, si ex casu aliquo hospitium non fructauit. Bart. in l. cùm in plures. in prin. ff. loc. & in l. cotem. §. qui maximos. de publi. quòd sic, si nihil fructauit: secus, si parum.

Pensio aucta an faciat dici nouum contractum. Alexan. consil. lxxix. j. parte.

Pensiones an æquiparentur fructibus separatis, & computentur inter immobilia. per Alex. in l. mouentium. de uerb. sign. per Bald. in c. j. §. j. de feu. cogni. & in c. j. de controuer. inter uas. & episcopum.

50 Pensio habet bona inuecta obligata. s. uerb. Bona inuecta. uer. unico. Addo gl. & Bal. in l. certi iuris. C. loca. & doct. in l. item quia. ff. de pact.

Pensio an etiam in uno nummo consistat. Bal. in l. usufructu. ff. solu. matr. in iiij. col. quòd sic.

† Pensio iusta quæ sit in his, quę sunt modici ualoris, uide do. Pet. Phil. Cor. in cõ. cclxv. inci. Circa. in litera C. in j. parte.]

Pensio ex domo patris, etiam stipulata per filium, quæritur patri. Bal. in l. cùm oportet. in prin. de bo. quæ libe. in j. col. uer. secundo modo aliud.

Pensio domus relictæ alteri ad habitandum, an ei debeatur, si domus sit alteri locata. Paul. de Castr. consil. ccxxxvj.

Pensiones perceptæ, uel percipiendę qualiter, & quibus actionibus petantur. in Spec. de cau. pos. & proprie. §. j. uer. est & nullus.

* Pensio ecclesiæ, quæ debetur à laico, est soluẽda, & si molendinum, pro quo eam debet, quodq; ut sibi ædificare liceret, pensioné promisit, corruisset. Barth. Brix. q. lxxj. in suis domin. quæst. Æmilius Maria Manolessus.

Pensio an diminuatur propter deteriorationem. in Spec. de loca. §. nunc aliqua. uer. sed quæritur. & seq.

Pensio à quo sit petenda, si emphyteuta alienauit fundum. eo. §. uer. ix. quod ab emphyteuta alienante, non autem ab emptoribus: si tamen ecclesia non petat pensionem, quicunq; ipsorum soluerit pensioné, satis est, scilicet siue emptor, uel emphyteuta, & si nullus soluerit, res incidit in commissum, & ad ecclesiam redit, finito biennio.

* Pensio uoluntate tantùm, etiamsi non ad id S. P. auctoritas accedat, potest extingui. gl. in c. Agathosa. dist. lxiij. & ibi illustr. Card. Præpar. Lud. Gomes S. P. C. A. in reg. de infirmi resigna. q. xvj. ubi ita persæpè à sacra Rot. se. in consilio sedente statutum affirmat. Io. Bapt. Caccialup. in tract. de pension. q. xxx. nu. 11. Æmilius Maria Manolessus.

* Pensio pro alimentis constituta, sine cõsensu S. P. extingui non potest. l. cùm hi. ff. de transact. Bar. in l. Mela. in ex. ff. de aliment. & cibar. lega. Hier. Gig. in tract. de pension. q. xlv. nu. 9. Æmilius Maria Manolessus.

Pensio si non soluit per ecclesiá, uel per minoré, an ecclesia, uel minor perdat rem. eod. §. uer. xiiij. & seq. ubi in effectu uidet concludere, quòd sic: sed postea restituuntur in integrum.

Pensionem recipiẽs dominus, an uideatur renunciare iuri cõmissi. eo. §. uer. xxiij. & seq. ubi uidetur inclinare in illá partem, quòd sic, si scienter receperit.

Pensionis solutioni an præscribatur. eod. §. uersi. xlj. quæritur, quòd sic.

60 Pensio rei imposita facit dici rem esse affectam.

Pensio quando uideat perpetua. eo. §. uer. lxxxvj. uer. lxxxviij. & §. postquam. uer. sed quæritur.

Pensio si nõ soluatur, an res incidat in cõmissum. d. uer. lxxxvj. distinguit. ut ibi per eum.

Pensione nõ soluta statuto tẽpore, dominus põt eijcere colonum de fundo propria authoritate. Ita Sp. in tit. de acto. uer. item quod uult. & uide Bal. in l. ædem. in j. & ij. q. C. locati.

* Pensio etiam pro anno sterili præcedente exigi potest, si sequenti magna ubertas fuit. Paul. de Castr. consi. cccxxxviij. uol. j. Io. Bapt. Caccialup. in tract. de Pẽsioni. xvj. q. nu. 5. Fel. in c. ad audientiá. ij. de rescri. Hier. Gig. in tract. de Pensio. q. lxij. nu. 7. aliud suadere uidentur, quæ adducit Lud. Gozad. con. lxxxiij. nu. 8. Æmilius Maria Manolessus.

* Pensio est soluenda & pro illis annis, quib. fructus beneficij antistes ob bella percipere non potuit. Lud. Gozad. in term. in con. lxxxiij. quia pensio principaliter erat imposita super titulo, non autem super redditu tituli, ac fructib. ut ibi. nu. 8. Rot. dec. dcccclxix. in antiquis. Caccialup. in tit. de pensio. q. xvj. Gig. q. lxij. nu. 7. Æmilius Maria Manolessus.

* Pensio est in totum, uel pro parte remittenda, si fructus, super quib. est imposita, diminuti fuerint, uel perierint, si fructus, ut plerunq; fit, sunt causa taxationis appositi. Bar. Alb. Bal. Ang. Paul. Imol. Alex. & alij, in l. inter stipulanté. §. sacrá. ff. de uerborum oblig. Cy. & Sali. in l. si quis argentum. C. de don. Cast. cõ. cccxxxviij. uol. j. Abb. in c. nisi essent. de præb. Rom. con. ccclxix. Alex. cõ. cxij. uol. j. Fel. in c. ad audientiá. il ij. de rescr. Goza. con. lxxxiij. nu. 6. 117. Belleci. de subsi. carit. q. xxxiiij. Gig. de Pension. q. lxij. Æmilius Maria Manol.

† Pensionum materiam uide latissimè per Fel. in c. ad audientiam. el ij. in j. col. de rescr.]

Penus uenit in legato domus. gl. & Bart. in l. uxori. in prin. de leg. iij. nisi sit remota à domo, & de per se locari consueuerit. ut ibi.

† Adde, quòd pœnus, secundum Cicero. in lib. ij. de Natura deorũ, est omne id, quo homines uescuntur. & dicitur Græcè ταμίειον.]

Penus quid sit, & quid comprehẽdat, & quomodo declinetur. Aul. Gel. lib. iiij. c. j.

Penus materiam uide in toto tit. ff. de pen. lega.

† Adde, quòd ista dictio Per, notat perfectionem. & augmentum eius, cui additur Abb. in c. si constiterit. in gl. in uerbo, pernoctauerit. de accus. & ibi per Io. de Ana. ego adduco Archid. in c. si annum. de iud. lib. vj. & Io. An. in c. cum cõtumacia. de hæret. lib. vj. in Nouella, & Bal. in rubr. C. de exerci. & Barba. in c. ad Apostolicæ. de dona. Et adduco do. Domi. in c. j. de testib. lib. vj. ubi dixit per illam gl. in uerbo, per quos. ꝙ dictio Per, semper refertur ad personas principales actum agentes, sed quandoq; refertur ad personas, quarũ ministerio principales inducũtur ad actum faciendũ, quod facit ad saluandos testes, qui dicerent, ꝙ talis contractus fuit factus per talem, & ille nõ fuisset principalis, sed mediator: quia dictum testis posset saluari, ut per illum factũ fuerit, id est, eius ministerio, ut uult gl. in d. c. j. in uerbo, per quos. & uide Bal. in auth. qui rem. C. de sac. san. eccl. ubi dixit, ꝙ quádo dictio Per, adiungitur tempori, significat continuationem temporis. l. urbana. §. pernoctare. ff. de uer. significatio.]

Per, denotat causam ministralem: ut contraho. per procuratorem. Bal. in l. ex arrhali. C. de act. empt. & in rubr. C. de exercito. j. col. Aliquando tamen significat continuationem † temporis. l. urbana. de uerb. signifi. † Et per do. Soci. in cons. xlij. incip. In causa restitutionis in integrum. uersi. sed in articulo. in j. parte, charta lxxxiij.] Aliquãdo rei perfectionem. ff. de arbi. l. iij. §. fi. de procur. l. qui procurator. Bar. in l. quinquaginta. de excus. tuto. in lect. Nicol. de Neap. Addo Bal. in c. j. §. si quis per triginta. si de feud. fuer. contro. Bald. & doct. in l. si cui. in prin. ff. de lega. j. & in d. l. urbana. §. pernoctare. & l. maleficia. §. perfecisse. eo. tit. Dyn. in l. iurisperitos. §. j. in apostillis. de excu. tuto. Bart. in l. illud. ff. de off. præsi. & in l. sed milites. §. iam autem. de excu. tuto. in lect. Nic. de Neap. & Car. in cle. causam. de elec. ubi etiá dicit, ꝙ testes dicentes Titiũ possedisse per decẽ annos, intelligit scilicet cõtinuos. & Bal. in c. j. §. si quis per triginta. si de feu. fue. contro. Addo etiam, quòd aliquando dictio Per, denotat causam efficientem, ut dicitur Ioãnis j. Omnia per ipsum facta sunt. Vel sic: Hæres obligatur per defunctum: & sic radix & fundamentum obligationis cepit à defuncto. Bar. in d. rubr. circa prin. C. de exercito. Aliquando dictio Per, denotat causam secundum quid, & non simpliciter, ut contingit in actione de peculio: quia pater per filium, & dominus per seruum obligantur, quatenus est in peculio. l. quæsitum. in prin. ff. de pecul. secundum Bald. ubi s. Per, dictio aliquando significat

aliquam causam ex uarijs figuris causarum, quas adinuenit uoluntas hominum, puta si statuitur, quòd pater obligetur per filium ad pœnã criminalem. Item quòd uilla obliget ex maleficijs singulorum per eorum delicta. iuxta nota. in rub. C. de decre. decurio. secundum Bal. ubi s̄.

Percipio, est uerbum directum, sed non ciuile in substitutione. Bal. in l. humanitatis. uer. quartò principaliter. C. de impuber. & alijs substitu.

Percipi posse, probatur eo, quòd cõmuniter omni anno locari potuisset pro tanto. l. j. & ibi. Bar. C. de pig. actio.

faciens, cùm erat omnino facturus, aliàs mitiori. Et dicit sic esse de mente Dyn. in regu. nullus ex consi. lib. vj. Et de isto ultimo quomodo puniatur, addo Bartol. idem tenentē cùm Dyn. in d. §. si mandato. in iiij. colum. uersicu. quæro, utrum in persuadente. Quæ autem sit differentia inter mandantem, & persuadentem: item inter persuasionem, & consiliū, instigationem, & instructionem, uide Bart. ibidem in j. col. & in ult. col. in ult. q.

Persuadere, & mandare, differunt: non tamen persuadere, & instigare. Bartol. in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniurijs. Alex. consi. cvj. iiij. parte.

Persuadere & præsumere, differunt. infrà, uer. Præsumptio. uer. xiiij.

Persuadens semel malum an teneatur de cæteris postea factis. Barto. in l. Neratius. §. j. ff. de ser. corrup. qui uidetur tenere, quòd sic, cùm sit resistendum principijs.

Persuasio aliena est iusta causa petendi restitutionem in integrum. Bar. in l. j. in prin. ff. de eo, per quem fac. erit.

Pertica habet duos passus, id est, decē pedes. Flo. in l. uiæ. ff. de ser. ru. prædi. & sic genus est mensuræ.

Perticæ non ueniunt appellatione lignorum. l. pali. & l. ligni. de leg. iij.

Pertinacia facit hæreticū. cle. j. in principio. & §. porrò. & ibi Car. de summa tri. ubi etiam gl.

Pertinaciter, id est, obstinata pertinacia, uel cum persistentia incorrigibili. cle. j. §. sanè. & ibi glo. & Card. de usuris. xxij. q. † pe. dixit. † Et per Feli. in c. qualiter & quando. de accusa. in iij. col. in medio. in rub. de hære.]

† Adde, quòd pertinaciter uidetur defendere peccatum, qui delinquendi authoritatem usurpat: nam magis delinquit. Abb. in c. quàuis. in prin. de deci. Ego adduco Pet. de Anch. in cle. j. de usur. quod qui pertinaciter asserit decimas nō deberi, dicitur hæreticus. Et ibi dicitur, quòd qui pertinaciter asserit, exercere usuras, non esse peccatū, dicitur hæreticus. Item qui pertinaciter stat in aliqua opinione, dicitur hæreticus. tex. in cle. j. §. porrò. in uerbo, pertinaciter præsumpserit. de summa tri. & ibi gl. & Abb. in apostil. ubi no. illam gl. quis dicatur propriè pertinax, & quid pertinacia. Et adduco Bald. post Iaco. Bu. in l. nemo. C. de sum. tri. ubi refert Ia. Bu. dixisse ibi, quidam professus contraxit matrimoniū publicè, debet puniri ut hæreticus: quia præsumitur in errore. Secus si occultè: quia uidetur esse in dolo, & nō punitur ut hæreticus. Dicit ibi Bald. hoc esse uerum, si pertinaciter stat in hæresi. Et adduco text. in l. ij. in uerb. pertinaciter. C. ubi quis de curi. uel cohorta. & ibi Bal. dicit in uerbo, sciant. q̀ si aliquis conuenitur coram incōpetenti iudice, debet uti clausula, Inquantum sitis iudex cōpetens, in uos cōsentio: quia non reputabitur contumax, nec pertinax. & adduco Barto. in l. iij. §. si tutor, qui repertoriū. ff. de suspe. tut. ubi dixit per illum text. iuncta gl. quòd ille dicitur pertinaciter resistere, qui iudici recipienti nō obedit, quod facit secundum eum, quòd ille potest condemnari tanquam hæreticus pertinax, qui inquisitori aliquid asserenti nō credit. Et adduco Abb. in c. qualiter. el j. de accu. ubi dicit, quòd iudex, & quælibet discreta persona, debet errorē suum cautè corrigere. quod est no. contra illos, qui uolentes pertinaciter defendere unū errorem, incidunt in infinita inconuenientia. nam talis non potest dici sapiens, sed potius pertinax.]

Pertinere intelligitur, scilicet principaliter, non secundariò. l. non solùm. §. quæritur. ff. de procur. & ibi Io. de Pra. facit l. qui liberis. §. hæc uerba. de uulg. & pupil.

Pertinere, restringitur ad causam præsentem, seu in libello contentam. arg. l. nec enim. in princip. de suspect. tut. & in l. ij. de iudi.

Pertinere dicitur ad me res, quę meo mandato, uel procuratoris facta est per aliū, si meā utilitatē cōtineat. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de edendo. & ibi est causa.

Pertinere dicitur ad dominum, uel hæredem eius, non ad creditores, si uerba dicunt, is, ad quem ea res pertinet. l. non solùm. §. quæritur. & ibi. Bar. ff. de procur.

Pertinere, in libello positum sine alia certa limitatione, reddit libellum obscurum. Bald. in addi. Spe. de libell. concep. uer. uerbum.

Pertineat ad me, intelligitur, scilicet facta mihi restitutione per aduersarium. Bar. sing. l. etiam. C. de iure dotium.

Pertineat, est uerbum cōmune in substitutionibus. Bar. in l. j. in fi. col. uer. ulterius nō. ff. de dona. & in l. Seia. in fi. ff. de dona. causa mor. Sed Cy. Bar. & Bal. in l. j. in fi. C. de pactis inter emp. & uen. dicunt esse obliquum in substitutione, & directum in institutione. Sed Bar. in l. licet. C. de pact. & ibi Bal. dicit, quòd est directū, & in l. centurio. ff. de uulg. & pupil. & in pe. col. uer. secundò dubitatur. & in l. fideicommissa. §. si filio. de lega. iij. & in l. Lucius. §. filiam ex asse. de lega. ij. Item trahitur ad fideicommissum. d. §. si filio. per Bartol.

Pertinet, quid importet. in l. uerbum pertinere. de uer. signi. gl. in c. inter dilectos. de fide instru. quòd rei uendicationē. & in l. si quis intentione. ff. de iudi. & ibi Bar. in princi. Inno. in cap. cùm ecclesia Sutrina. de causa pos. & propriet. circa prin. in uer. idem si diceret. & in pra. Pap. in uer. spectat, & pertinet. & Flo. in l. j. §. j. ff. de ser. urb. præd. ubi dicit post Inno. ubi suprà, quòd si iunctum est uerbo, Consuetudo, importet petitorium: ut si dicitur, Pertinet ad me de consuetudine. de quo etiam per Bald. in addi Spe. in titu. de causa posses. & proprie. uersi. qui agit. Alex. consi. xlij. quarta parte dicit, quòd positum in libello importat petitorum, & possessorium, secundum Frede. de Sen. consi. cclxxxiij. Consilium latum, & cæte. & But. in cap. cùm ad sedem. tertia colum. de resti. spol. & Io. And. in Spe. de emp. & uen. §. sequi- † tur. uer. sed certè. in addi. dicunt simplices. † Et per do. Soci. in consi. viij. incip. Viso, & diligenter inspectis. uer. secundo principaliter. circa mediū, ij. parte, char. viij. & cōsi. xlvij. inci. In primo cōsultationis. circa mediū, ij. col. in d. parte, char. xcix. & cō. clj. incip. Mediū. ij. col. consideratis omnib. uer. præcessit. circa mediū. in d. parte, char. ccxxv. & per Feli. in rub. de rescrip. & in d. c. inter dilectos. & Fran. Aret. in l. cēturio. in ult. col. de uulg. & pup. & do. Pet. Phili. Corne. in con. lxxxviij. incip. Quia. in litera G. in iiij. parte.]

Pertinere, uerbum latè patet. in Spec. de lib. concep. §. xv. uer. quid si in fi. de causa posses. & propriet. in princip. uer. & aliæ sunt reales. & §. j. uer. hoc etiā. el primo. Do. Iason May. Institu. de act. §. item Romana. con. lxxxvij. quod latissimè patet.]

Pertinentiæ quæ dicantur. Inn. in ca. cùm ad sedem. de resti. spol. qui dicit, quòd ea, quæ petuntur tanquam accessoria. & in c. ubi. §. porrò. de elec. in vj.

Pertinentiarum appellatione uenit territorium. l. j. §. cùm urbem. ff. de offic. præfec. urb. Bald. in Marg. uer. Libellus. uer. xvj. non tamen possessiones. cap. cùm uenerabilis. de excep. d. ca. cū ad sedē. uide in c. ex literis. de iure pa. Item nec quæsita speciali iure ecclesiæ, quę petitur cum pertinentijs. Innocen. d. c. cùm ad sedem. circa prin. super gl. in uer. pertinentijs. qui dicit, Pertinentiarum nomine tantùm intelliguntur, quæ statuto, uel consuetudine, uel lege deputata sunt, ut accedant: ut patet in multis exemplis ibi per eū positis, & in seq. uer.

Pertinentiarum appellatione ueniunt omnia, quæ lege, uel statuto, uel consuetudine deputata sunt uenire, ut iurisdictio, dos decimæ. Inn. in d. c. cùm ad sedem. & in pra. Pap. in libello rei uendi. uer. cum pertinentijs.

Pertinentiarum appellatione an ueniāt molendina. Bald. in c. j. ij. col. de cap. qui cur. uen. concludit, quòd aut Imperator concessit solam iurisdictionem castri: & non ueniunt molendina. Aut concessit castrum cum pertinentijs suis, pertinentibus ad castrum: & tunc molendina ueniūt accessoriè, nisi essent molendina priuatarum personarum.

Pertinentia qualiter intelligatur, & quid de ea. in Spec. de relido. uer. illud autem notandum. & uer. sed quis rectè. & uer. quid si petatur ciuitas.

* Pertinentiarum appellatione ueniunt, piscationes, molendina, iurisdictio, alluuio, ibique nascentes arbores, in Principis præsertim donatione: l. si quando. C. de bon. uacant. lib. x. ubi Bart. Bald. in §. j. de capita. qui cur. uendid. in usib. feud. Paul. Cast. consi. lxiij. quod dici redditus. uol. j. Raph. Cuma. consi. clxij. Andr. Alciat. cō. clxx. con. clxxiij. nu. ij. Iason. Aemilius Maria Manolessus.

Perueniße quando quid ad aliquem dicatur. in l. ij. §. perueniße. ff. de hære. uel act. uend. & Card. in cle. j. §. cęterùm. de priuileg. quod etiam si non sit uersum.

* Per-

* Peruenire ad aliquem propriè non dicitur, quod statim restituere debet.l.ij.§.peruenisse.ff.de hære.uel act.uend.l.nomen.l.aliud est capere.ff.de uerb.signif.Corne. con. clxxvj. nu.xvij.uol.ij.Crau.cō.ccij.nu.xxv.uol.ij.Æmil.Mar.Man.

Perueniat, est uerbum commune in substitutionibus. Bart.in l.centurio.de uulg.& pupil.in penul. col.& in l.fide cōmissa.§.hęc uerba.ff.de lega.iij.in.l.hæreditatis.C.de hære.insti.per Bar.in l.precibus.in v.col.uer. quæro, quid si dixit.C.de impub.& Bald.in l.fin.in ulti.col. C.de sacrosan.eccle.ubi dicit uerum,nisi apponatur uerbū, Eo ipso,quia tunc est directum.sed in rubri.C. de impub. & † alijs substi.dicit esse obliquum. † Et per Francis.Aret.in dicta l.centurio.in ulti col.in princ.& do.Bartho.Soci.in con. ccxlix.incipiente,Materi. præsentis consultationis.uer.tertia responsio.circa medium,in secun.par.char.cxxxvj.

Perueniat,ubicunq; prolatum est,siue in contractibus, siue in ultimis uoluntatibus, semper intelligitur deductis expēsis. l.ij.§.peruenisse. ff. de hære. uel act. uen. & Bartol.in l. Mæuio. §.j. de leg. ij.Item intelligitur scilicet cum effectu. l. qui concubinam.§.ij.de leg.iij.l.ubi purè.in princip.ff.ad Treb. Item intelligitur in statuto,scilicet,si perueniant uniuersaliter,non particulariter.Bart.in l.si peculium. la picola. de pecu.leg. Item intelligitur, scilicet quando directò peruenit. Barto.in l.si ita.la j.de leg.iij.

† Perueniat,uerbū significat quod animi effectu.do. Bartho. Soci.in l.j.§.ueteres.num.xv.de acquiren.pos.]

Peruertere iudicium,& sensus humanos solet amor, odium,auaritia,timor,affectio dominij, familiaritatis,& affinitatis.in Spec.de requi.consi. uer. tu igitur.

Perusini tenentur iurare fidelitatem domino papæ,quando papa uadit Perusium. Bal. in c.j. qualiter uas. iura.de fide.

Perusinus,& de Perusio,idem est.Bart.& Alex.in l.j.ff. ad muni.& in rub.soluto matrimonio.

Pes quando pro mensura ponitur,est longitudo sedecim digitorum.glos.no.xvij.q.iiij.sicut el j.& Flo.in l.uiæ.ff.de ser.urb.præ.Bald.& doct.& Alexand.in l.j si quis cautioni† bus.& in l.iij. de uer. signi. † Et Iason May. Instit. de act. §. rursus.num.lxvij.]

Pedes quinque faciunt passum.l.iij. ff. de uerb.sig. & in d.glos. Sed Bart. in d.l.iij dicit consuetudinem regionis attendi. & † Ale.in d.l.iij. † Et Ias.May.Insti. de actio.§.rursus.nu.lxvij.]

Pes an ueniat appellatione membri. s̄.uer. Membrum. uersic. ij.in fine.

Pedanei iudicis materiam supple s̄.uerbo,Iudex inferior,seu pedaneus.per totum.

Pestis interrumpit præscriptionem.Bart.in l.naturaliter.in penult.col.de usucap.& infrà,uer.Præscriptio interrumpitur.in uersicu.j. in j. col. circa medium. ibi : item per guerram,&c.

† Pestis facit expelli morbosum.s̄.uer.Morbus. uer. v. † Benedic.in repet.c.Raynutius.fo.10.colu.ij.de testa.

Pestis tempore an currant fatalia.sup.uer. Appellationis fatalia.uer.viij.quòd sic.sed instantia currit,datur tamen restitutio.Maria.Soc.in c.pe.uersi.circa.xxiiij.de iudi.

Pestifer locus non est tutus.l.recusare. §. fi.aliàs est l. de ætate. & ibi Barto.ad Treb. & in l.de pupillo. §. si quis riuos. de oper.noui nun.gloss.ordi.xxiij.dist.communis causa.gloss.in uersi.morari.in cap.ad supplicationem.de renun.Bald.in c. ex parte , de appel. & suprà , uer. Citatio ad locum inhonestum.uersi.penul.& in uer. Citatus.uersi.cxxxviij.lxxiiij.di. quorundam.gloss.in c.si uerò.de iureiur.Sali.in l. cùm à matribus.qui pe.tut.doc.in c.fin.de cle.non residen.& Bald.in l.ij.§.quod diximus. ff.si quis cau. Quod intellige procedere, quando propter pestem magistratus communiter in ciuitate ius non redderet, & feriæ essent introductæ,secundum docto, in ca. cùm dilecti.de dolo & contu. ubi per Panor.in vij.colu.uer.& facit ad prædicta.

Pestis non excusat citatum,stante statuto , quòd reddatur ius in loco pestifero,secundum Ant.de But.in c.cùm dilecti.de dolo & contu. uel si ius ibi reddatur communiter. Io. And. ibi,& doc.secundum Ale.in l.ij.si quis cautionibus.

Pestis est iusta causa recedendi de domo conducta. Phil. in ca. ex parte.de appel.dixi in tractatu Gabel.ij.parte, s̄.Inquilinus.uer.xx.& sup.in uer.Pensio.uer.xxxvij.& Alex. in l. inquilino.de dam.infec.in addi.

Pestem Autarij populi fugerunt longè per uiginti tres dietas, & Celtæ usque ad montes Pyrenæos , secundum Appianū Alexandrinum in vj.li.de Bellis ciuilibus,in j.charta.

Pestis tempore contractus cum unu notario tantū, ualet quāuis statutum requirat duos notarios regulariter. Ang.in authen.de non alie.§.quod autem.adde j̄. Testamentum qualiter.uersi.vij.post medium.Item sufficit nominatus, nō matriculatus: licet statutum requirat esse matriculatum nominatum de testamento rogatum.Ang.in l.uacantia. C. de bo.uac.li.x.in §.fisci patrono.uer.item patet ex prædictis. & Alex.in l.fi.C.de testa.& in l.j.ult.col.de li. & posthu.Ange.in l.conficiuntur.§.codicilli.de iure codicillorum.

Petere ad realem actionem pertinet.l.actio in personam. ff.de acti.& oblig.Bartol.in l.sed si.§.j. ff.de rebus eorum.

Petere prolatum ab homine, intelligitur scilicet lite contestata,sed nō prolatum ab homine intelligitur per sententiam. Bal.in l.si quis in princip.in ult.col.in uer.ulterius no. ad finem.C.de inofficioso testamento.

Petere incoloratè quid sit.Innoc.in c.cùm ex literis.de restitu. in integ.in ij.col.magna.in gl.super uer.principali. & Bal. in Mar.uerb.Petitio.uer.vj.

Petere si refertur ad eum, qui ex petitione debet aliquid acquirere,sufficit sola monitio extra iudicium.l. Titia hæredi. de condi.& demon.Si uerò refertur ad eum,qui debet obligari requiritur litis contestatio. l.amplius. rem ra. hab. secundum Ang.in repertorio,uer.uerbum.uide Bart.in l.licet. in fin.ut legat.nom.cau.& Bal.omnino in auth.habita.ult.col. C.ne fil. pro pa.& per Alex. in l. si decē cùm petiero. de uer. obli. & per Bal. in l.j. C. de lit. contest. ubi ponit quomodo accipiatur hoc uerbum , Petere in statuto. & per Alex. post Bar.in l.amplius.rem ra.hab.

Petere amoueri institutum quis possit. Inn.in c. quia. de concess.præben.circa pri.ubi concludit, quòd ille ad quem pertinet institutio.per c. dilecto.de præben.Item patronus. ca. ex literis.de iure patro. & alij , de quibus ibi latius per eum.

Petierit, intelligitur scilicet cum effectu : & sic denotat actus perfectionem.Barto.in l.ij. ij. colu. uer. nota, quod dicit. ff. qui.pe.tut.

Peto,operatur conclusionem libelli in ciuilibus,sicut uerbum Accuso,in criminalibus.Bal.in l.edita.xvij.col.C.de edēdo.

Petiisse in ius quis dicatur, uide in l.qui cùm maior. §. accusasse.de bon.li.& in l.in seruitute.§.petijsse.eo.tit. Bal.in auth. habita.ne fi.pro pa.in pe.col.in uersi.sequitur.uer. qui uerò. ubi facit multa membra.& in l.si quis in suo. in prin.in uers. ulterius nota puniri. C.de inoffi. testa. quòd is, qui ad effectum petitionē produxit.Bar.in l.amplius.rem ra. hab. & s̄. & plenius per Alex.con.lj.in fin.in iiij.parte,ubi dicit, q̄ statutum puniēs petentem, intelligitur de eo, qui ad effectum perduxit petitionē , adeò quòd etiāsi prosequatur, & ad sententiam sit peruentum , à qua sit appellatum , pendente appellatione,adhuc pœna non esset commissa,quia petitio nō diceretur ad finem perducta:ut per Bal.in l.aliam.C.de his, qui.ut indig.Adde Bar.in l.si quis id,quod.§.j.de iur.om.iu. Adde Alex. in l.si decem cùm petiero. de uer.obli. & in d. l. amplius.& per Bal.in l.j.C.de lit.conte.& in l.ab eo. C.quo modo,& quando iudex. Quod uerum petere positū in preparatorijs,uel in monitorijs,non requiritur litis cōtestatio: ut si promitto, ubicunq; fuerit petitum, secundum Alex. in in d.l.amplius. qui etiam dicit secundum Bal.in l.fi. ult.col. C.de bo.auth.iudi.pos.quòd uerbum Petere,ordinatum ad interlocutoriam,intelligitur per libellum:sed si ad diffinitiuam,intelligitur per litis contestationem.

10 Peti plus dicitur quatuor modis.c.j.de plus peti. §.plus. Institu.de actionibus.

Petens plus quā pœna puniatur.in Sp.de acto. uer. item quod plus.& Inst.de act.§.plus. & in Spe. de plus peti. per totum.

Peti quid potest ex pluribus causis.in Spe. de act.seu peti. §. j. uer.porrò.

Petens terminū ad soluendū, uidetur renunciare appellationi interpositę.l.pe.& ibi doc.C.de re iud.Inn.& doc.in c. quod ad consultationē. de re iud.circa prin.in gl.in uer pręcipiēs.

Petens quod habet, dolo facit. Inst. de legatis. §. si res. Bal. in l. iubemus. C. ad Trebel. in Spe. in ti. de dote post diuor. resti. §. formatis. uer. illud etiam.

Petens malè sibi imputet. l. quidam. de in rem uerso. Bald. in l. j. C. ut in possess. lega. in Spe. de pri. & secun. decre. §. ij. uersi. quid si hæc.

Petens, quòd est restituturus alteri, non repellitur exceptione doli. l. si socer. §. Lucius. & ibi Bart. in ij. col. ff. sol. mat. sed frustrà: ut j. eod. uer. xxix.

Petens rem uidetur totam petere, & non partem. l. si in rem. la j. & ibi Bart. ff. de rei uen. & in Spe. de libel. concep. §. iuxta. uer. item debet. & seq. j. uer. Res. el. j. uer. ix.

Petens mutuū, quid debeat probare. s. uer. Mutuum. uer. xxxj. quod probet numerationem: quomodo autem probetur mutuum, uide ibi in uer. xxij.

Petens copiam libelli, non consentit in iudicem. s. uer. Copia. uer. xxxvij.

Petens absolutionem an uideatur fateri se excommunicatum. in Spe. de proba. in §. uidendum restat. uersic. sed nunquid probatur. quòd non.

Petens domum an uideatur etiam petere eius seruitutem. glo. & Bar. in l. rei appellatione. de uer. signi. quòd non: secus, si ageret actione personali.

Petens duas partes rei, uidetur petere duas de duodecim. j. uer. Res. el j. uer. viij. & s. uer. Pars. uersi. vij.

Petere dicitur etiam qui excipit de compensatione. Bart. in l. amplius. in fi. ff. rem ra. hab.

† Petere dicitur etiam, qui petit extra ordinem. do. Pet. Phil. Cor. in consi. clxxvij. incip. In hac. in litera P. iiij. parte.]

Petens rem an uideatur renunciare pœnæ, in l. commissoriæ. C. de pac. inter emp. & uen.

Petens plus, si moritur lite pendente, nō tenetur hæres ad pœnam. ut s. Pœna transit.

Petere plus debito dicitur etiam, qui petit totaliter indebitū. j. uer. Potestas syndicatur. uer. vij.

Petere an intelligatur etiam extra iudicium. s. uerb. Debitor soluens. uer. lj.

Petens debitum solutum quomodo puniatur. s. Creditor agens. uer. vij. quod crimine stellionatus.

Petens hæreditatem debet dicere, an sit hæres ex testamento, uel ab intestato. Bal. in l. ij. C. de succes. edi. Item debet probare se hæredem esse, & adiuisse. Bal. in l. fin. C. qui admitti. & s. uer. Hæreditatis petitio. uersi. iiij.

Petens uidetur petere omni meliori modo, quo potest. Inn. in c. cū ecclesia. de causa pos. & propri. in j. col. Bal. in Marg. uer. Petitio. uer. vij.

Petens ius in ecclesia debet exprimere tale ius, & ex tali causa. Bald. ubi s. uer. viij. post Inn. in c. ad audientiam. de præscriptionibus.

Petens uidetur totum ius suū deduxisse in petitione generali. Spe. de arbi. §. vj. uer. sed pone. & s. uer. Agens. uer. xl. & Bar. in l. fi. C. de ann. excep. c. abbate sanè. de re iudicata. li. vj.

Petere quod competit iure communi, superfluum est, & repellitur exceptione, quod petis, intus habes. in Specu. de pri. & sec. decre. §. v. uer. hoc quoque.

Petens rem tradi, uel opus fieri, an possit postea petere interesse. in Spe. de fruc. & interes. §. vj. uer. hoc etiam. quòd sic.

Petēs quod est restituturus, frustrà petit. in Spec. de loca. §. vj. uer. lxvj. circa medium.

Petentis materiam supple s. uerb. Agens. & uer. Creditor agit, per totum.

Petitio facta per unum, an interrumpat præscriptionem, quo ad alios. Bart. in l. ex duobus. la ij. in iij. q. ff. de duo. re. quòd sic.

Petitio debet admitti, dum tamen sit tolerabilis. Inn. in c. j. circa fi. de lit. contesta.

Petitio causæ quomodo fiat. s. uer. Libellus. circa for. uersi. cj.

Petitione facta coram diuersis iudicibus, reus petit se remitti ad primum iudicem. Inn. in c. cùm M. de consti. in ul. col. ad fi. uer. sed certè.

Petitio suppletur per sententiam, & sententia per petitionem. Bal. in Mar. uer. petitio.

Petitiones tot sunt, quot articuli continentur in ea. Bald. in l. j. in ult. col. C. de fideicom. l. scire. §. j. ff. de uer. oblig. in Spe. de expen. §. v. uer. item quæritur.

Petitio uerbalis scribenda in actis sufficit in causis, in quibus per simplicem querelam procedi potest. Bald. in l. j. C. ut in pos. leg. Item in causis summarijs. cle. sæpe. in prin. & §. j. & ibi Car. de uer. sig. quòd petitio uerbalis in causa summaria debet in actis redigi & scribi. ut ibi. & in xj. nota. & in ult. q. ubi etiam dicit idem in exceptione uerbali opposita. Item,

Petitio qualis qualis requiritur in causis summarijs. Bald. in l. ab executione. iij. col. C. de exec. rei iud. & Alex. in cons. 50. iij. col. & Ant. de But. in c. j. uer. xj. casus. de libel. obla.

Petitio, etiam infructuosa, est punibilis, quādo petenti aliqua pœna imponitur. l. j. & ibi Barto. in ij. not. C. de peti. bono. subla. li. x.

Petitio an sit pertinens, uel impertinens, debet summatim cognosci per iudicem. Bart. in l. si defensor. §. illud quæritur. de interro. act.

Petitio subiectionis est generalis, & tenet, etiam sine specificatione capitulorum. Inn. in c. cùm inter. circa prin. in glos. in uer. subiectione. de re iudi. Bar. ubi s. uer. ix.

Petitio generalis admittit etiam sententiam generalem, secundum Abb. in cap. licet causam. de probat. & Bald. ubi s. uersic. fin.

Petitiones mutuæ simul terminantur. l. j. & ibi Bart. C. rerum amotarum.

Petitio quartæ parochialis quomodo fiat. j. uer. Quarta parochialis. uer. xiij. & uer. Quarta episcopalis. uersi. xvj.

Petitio & libellus, differunt. sup. uer. Libellus. el j. uersi. xxiij.

Petitio partis debiti non arguit petitionem debiti inter debitores. Bart. & docto. in l. inter eos. §. j. de fideiuss. & in l. si creditores. C. de pac. & in l. si ex toto. §. j. de leg. j. l. fi. in princ. & ibi Alex. si cert. pe. Quod uerum, secundum glo. sing. in d. l. inter eos. & Alex. ubi s. vij. col. si petitio est facta pro partibus disparibus. Ang. in d. l. inter eos. & Bald. & Ang. & Sal. in d. l. si creditores. & Io. de Imo. in l. ij. de uerb. oblig.

Petitio generalis potest declarari in articulis, & probationibus, substantia non mutata. in Spe. de teste. §. v. uer. sciendum. post medium. & uersi. hoc etiam not.

Petitio an & quando debeat cōtinere specificationem. in Spe. de acti. seu petit. §. ij. per totum.

Petitio an debeat continere causam. &

Petitio si contineat factum, pro quo multæ actiones competant. uide in Spe. d. §. ij.

Petitio si non est in mora, deficit. in Spe. de contu. §. fi. uer. sed nunquid minor. circa medium. l. nulli. ff. de reg. iur.

Petitio summaria ponitur in Spec. de lib. concep. §. x. uer. sed si petitur. uidelicet quando petitur caueri de legato, uel fideicommisso restituendo. Idem si petuntur alimenta, ut ibi per eum, uersi. quid si petuntur.

Petitionis materiam supple s. uer. Libellus. per totum.

Petitio hæreditatis debet proponi in foro, ubi hæres habet domicilium. l. j. & ibi. Bart. C. ubi de hære. agi opor. & ibi uide Bal.

Petitio hæreditatis mota excluditur per titulum superuenientem possessori, lite pendente, si superuenit ab eo, qui excluderet agentem. Bar. in l. cogi. in fi. C. de peti. hære. Bal. in l. ij. eo. tit. dicit titulum quæsitum post litem motam impedire petitionem hæreditatis, sed haberi pro non titulo.

Petitio hæreditatis, datur etiam pro una re tantùm. in Spe. de tutore. §. fi. uer. quid si quasi. Item institutio in re certa, sentit Bar. in l. edita. ij. col. uer. contra hoc oppo. de eden.

Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, si titulus est ab eo, qui conuenire non posset petitione hæreditatis. Pau. de Cast. con. vj. & de hoc nunquid petitio hæreditatis datur contra possidentem, uide Bart. in l. hæreditatis. C. de peti. hære. quòd non. & ibi assignat rationem post gl.

Petitio hæreditaria cum rei uendicatione concurrit. Paul. in d. consi. Addo Bald. in l. ij. ij. colum. uersi. iuxta hanc legem quæritur. C. de peti. hære. sed inter se differunt. in Specu. de coniu. §. iij. uer. quid si.

Petitio hæreditaria datur contra titulo erroneó possidentem. Bar. in l. Iulianus. in princ. ff. ex quib. cau. ma. gl. & Bart. in l. j. in prin. in primo no. ff. quorum bono. & an contra possidentem titulo putatiuo nullo. Alex. consi. lxxv. ij. parte.

Petitione hæreditaria agens non tenetur probare rem fuisse defun-

defuncti.Bart.in auth.contrà rogatus.C.ad Trebel. & Pau. de Cast.con.vj.& consi.xciiij.

Petitio hæreditaria non tollitur spacio longi temporis. Bald. in l.licet.j.col.C.de iure deliberan. sed durat triginta annis. l.fi.& ibi Bal.in xj.opp.C.de edi.diui Adria.tol.& l.hæreditatis.& ibi Bart.C.de peti.hære.& Alex.in l.j.C. quãdo non pe.partes.

Petitio hæreditaria datur in omnibus bonis, quæ per defunctum detinebantur.l.item uidendum.§.fi.& l.seq. in prin. ibi Bart.ff.de peti.hære.

10 Petitio hæreditatis datur ei, qui nunquam possedit hæreditatem,non ei,qui quandoque possedit. Azo,gl.& Bar.in l. ij.ff.de fideicom.hære.peti.& Paul.de Cast.consil.xciiij. sed non datur ante aditam hæreditatem.per Phil.Cor.in consi. statutum sic disponit, si quis autem,&c.

* Petitio hæreditatis non competit ei, qui ante bonorum hæreditatis est possesionem adeptus.§.adipiscendæ.uer.ideo autem.Insti.de interd.gl.magna in c.j.de confes.in vj.glo.& Bar.in l.ij.ff.de fideicom.hær.petitio.Ale.con.clxxxiij.con. clxxxv.uol.v.ias.con.cxij.nu.vj.uol.iiij.Aemil.Mar.Manol.

Petitio hæreditatis non datur contra possessorẽ ex titulo quæsito uiuo testatore.Bal.sing. in l.fi.xj. opp. C. de edi.diui Adri.& ix.opp.& ibi Pau.de Cast.in fi.& in suo consi.vj.

Petitio hæreditatis si intentetur, & reus non posideat, sed actor probet se hæredem,iudex debet reum absoluere,& pronunciare actorem hæredem.glo.in l.si à te. §.j.in iij.lectura. ff.de excep.rei.iud.& Bal.in l.licet. de peti.hære.contra Rapha.Fulg.in l.j.ff.de eden.secundum Alex.ibi.

† Petens hæreditatem,uel restitutionem talium rerum, quia hæres,uel quia dominus,tacitè uidetur petere pronunciari se hæredem, uel dominum.uide Felin.in c. significantibus. viij.col.in uer.demùm tene menti.de lib.obl..]

Petitio hęreditatis qualem petitionem requirat pro fructibus. Bal.in l.j.C.de peti.hære.

Petitio hæreditatis an excludatur per titulum diuisionis. Bal. in l.Pomponius.ff.de rei uen. & quod no.in l.j. C. communia utri.iudi.

Petitio hæreditatis,& Publiciana,quomodo detur contra possessorem. Alex.consi.xc.ij.parte.

Petitio hæreditaria non datur contra non possessorem.l.regulariter.de pe. hære.nisi dolo desierit posidere.l. nec ulla. §. is autẽ.de peti.hæ.Item nisi obtulerit se liti.l.apud. §. non solum.& l.qui se liti.de peti hær. Item nisi per dolum noluerit possessionem acquirere, sicut si per dolum desierit posidere. & contra eum tanquam contra possessorem iuratur in litem.l.sed si lege.§.perinde.& ibi Bart.de pet.hær. Sed Bart. in l.sin autẽ.§.ij.ff.de rei uendi.dicit, quòd datur utilis petitio hæreditaria.

Petitio hæreditaria non datur contra donatarium,qui mortuo donatore statim ingressus est possessionem rei. Bart. in l. etiam.§.si quis sciens.de peti.hære.

Petitio hæreditatis non datur contra posidentem alieno nomine.l.apud Marcellum.§.si quis absentis.& ibi Bart. de peti.hæredi.

Petitio hæreditaria datur contra quondam possessorem, qui dolo desijt posidere, nisi possessor offerat se liti: sed possessor nõ liberatur,licet dolosus satisfaciat. l.apud Marcellum. §.fi.& ibi Bar.de peti.hære.

20 Petitio hæreditaria impeditur per accusationem testamenti de falso.l.diuus. §.diuus.& ibi Bart.de peti.hære. sed non impeditur possessorium.Barto.ibi per l.fin.C.de edicto diui Adria.tollen.

Petitio hæreditatis est mista actio, scilicet in rem, & in personam.l.siue bonæ.in prin. & ibi Bart. ff. de peti. hære. Addo gl.& Bar.in l.hæreditatis.C.de pet.hære.& ibi Bal. in ij. no. & in l.ij.in ij.col.eo.tit.

Petitio hæreditaria datur etiam ementi hæreditatem à fisco. l. ei,qui.in prin.& ibi Bart.eo.tit.

Petitio hæreditatis datur contra extraneum posidentem pro indiuiso cũ cohærede,non aũt contra cohæredem.l.j. §.si ego.ff.si pars hæ.pe.uidelicet ad partem extranei: ut ibi.

Petitio hæreditatis non datur contra titulo posidentem, nisi titulus superueniens possessori habuerit causam ab eo, in quẽ antè possessor hæreditatis alienauerit. Casus sin. in l. si rem,& preciũ.ff.de peti.hære. Contrarium no. per Cy. in l. apud antiquos.ul.q. C.de furtis.secũdum Lud. Pon.in sing. uer.tu scias,quòd regulariter. Ratio, quare non datur cõtra titulo posidentem, est, quia si ipse nititur ex titulo solo, & posidens nititur ex titulo & possesione, meritò nõ potest conueniri petitione hæreditatis. Bart.in l. pro hęrede. de peti.hære.doc.in l.hæreditatis.ubi per Bart.in l.cogi.C.eo.tit. & Paul.de Cast.consi.vj.

Petitio hæreditatis non datur contra titulo posidẽtem etiam mala fide.l.etiam.§.si quis sciens.& ibi Bar.eo.ti. ubi uide alios casus,in quibus datur contra titulo posidentem.

Petitio sine effectu non remouet à querela inofficiosi. l. nihil. §.si cùm filius.& ibi Bar.ff.de inoffi.test.

Petitio hæreditatis non uidetur proposita,quãdo agitur querela inofficiosi testamenti.gl.& Bart. in l. qui de inofficioso. ff.de inoffi.testa.

Petitio hæreditatis comprehendit etiam res cœptas posideri per reum post libellum porrectum, & sic etiam non specificatas in libello, siue actor solum contendat se hæredem, sicut reus econtrà, siue reus simpliciter dicat se posidere pro possessore, secundum doc.contra Sali. qui hoc ultimum negauit,secundum Alex.in l.j.ff.de eden.ubi refert Sali. in l.edita.C.eod.tit.

Petitio hęreditatis,& querela, simul proponi possunt cõditionaliter, quando scilicet una querela est præparatoria ad aliam.gl.& Bar.in d.l.qui de inofficioso.& Bald. in l.si defunctus.in fi. C.de suis,& legi.qui dicit nulliter agi, nisi præcedat querela. Vide ibi omnino: & per Bald. in l. ij. in ultima col.in uer.quid ergo dicemus. C.de peti.hære. Cyn. in l. ordinarij.C.de rei uen. Addo Bart.in l.non ab re. C. unde ui.& notatur per Bal.in l.si quis in suo.in fi.prin.C. de inoffic.testa.latè per Ludo.in l.ij.§.itẽ si in facto.ff.de uerb.obli.Limita,ut per Bald.in l.edita.in repeti. Paduana. in xxxj. col. in uer.dubitatur.C.de eden.Addo no.per Bal.in l.quo tempore.in pe.col.uer.secundò quæro. C.de resti.mil.

Petitio hęreditatis non habet executionẽ paratã ex sententia lata super querela,sed nouo iudicio opus est. Bart.post gl.in l. qui de inofficioso. ff.de inoffi. testamen.uer.quæro,utrum.

Petitionis hæreditatis materiam supple s̃.uer. Hæreditatis petitio,per totum.& j̃.Possessor hæreditatis.per totum.

Petitorium, & possessorium ueniunt in rescripto, quando dicitur, quòd talis fecit sibi iniuriam in tali re ad ipsum pertinente. Bal.in l.pe.in ij. col.uer. quæro quid in rescripto. C. si à non com.iud. Inn.in c. episcopi. de reb.eccl.non ali. Arch.xi j.dist.si quisquam.c j.& ij.de causa pos.& proprietat. Car.in cle.j.uersi.sextò no.eod.tit.

Petitorio suspenso potest ad illud rediri, omissa appellatione à sententia super possessorio lata cum negocio principali, non aliter.Rot.in deci.cxxxiiij.intentato.in nouis.

† Petitorium utriusque partis quamuis in beneficialibus possit suspendi, non tamẽ in causis prophanis. do. de Rota decis.cclix.in nouis.]

† Petitorium suspendens utriusq; partis, potest in utroq; procedere, non obstante protestatione actui cõtraria. Ita do.de Rota per nota.in c.cũ M.de constit.& decisio.ccl.in nouis.]

† Petitorium suspendenti in secunda instantia non obstant producta in prima instantia, per quæ de non iure suo constare uidetur.Ita in Rota.decis.cccxciij.in nouis.]

Petitorium dicitur iudicium Publicianæ. j̃. uerb. Publiciana. uersicul.j.

Petitorio agere est cõsultius,quàm possessorio. l.si is, qui. la ij. & ibi Bart.de rei uen.

† Petitoriũ,& possessoriũ retinendæ,an posint simul cumulari,maximè in corporalib.uide Bal.in con.clx.in iij.parte.]

† Petitorium conuenit cum omni possessorio.Bald.in consil. lxvij.in iij.parte.]

Petitorium & possessorium an simul cumulentur.Bar. in l.naturaliter.§.nihil commune.uer.his igitur explicatis.ubi do, Alex.ff.de acq.po.& per doc.in c.pastoralis.de causa pos. & proprie.& Rot.in deci.vj.& sup.uer. Libellus in interdictis, per totum.Bart.in l.incerti. C.de interdi.& in l.si de ui.de iudi.Paul.de Cast.con.cclvij. incipiente, In causa, quæ uertitur.quòd non.

Petitorium & possessorium an eadem sententia terminentur. Bart.in

Bart. in d. §. nihil commune. iiij. q. ubi distinguit inter ius canonicum, & ciuile. & ibi Alex.

Petitorium suspendens cum protestatione, quod nõ intendit ab eo recedere, nisi exprimat dando postea libellum super utroq;, uidetur à suspensione recedere. Rota in deci. ccliij. si suspendens. in nouis.

Petitorium utriusq; partis licet suspendi possit in beneficialibus, non tamen in prophanis. Rota in deci. cclxiij. si rector.

Petitorium pluries in causa beneficiali suspendi potest. Rot. in deci. ccclxxxv. fuit dubitatum.

20 Petitorio agens an uideatur renunciare possessorio. glos. & Bart. in d. §. nihil commune. uer. quæro pro declaratione. in v. colum. ubi concludit. Aut sciebat se possidere: & tunc uidetur renunciare possessorio: secus, si ignorabat. Quod tamen limita ut ibi per eum, in uer. prædicta uera. Pro hac distinctione uide no. per Bart. in l. & an eadem. §. fin. ad fi. ff. de excep. rei iud.

Petitorium & possessorium electione tolluntur. l. fi. C. de codicil. Bar. in l. incerti. C. de interdi.

Petitorium & possessorium si simul cumulentur, potest iudex diuidere libellum, & de utroq; pronunciare, si sibi constiterit. Inno. in c. suborta. de re iudic. in gl. in uer. decernimus. & Bald. in Mar. uer. Possessorium. & potest sententia prius ferri super possessorio, de quo prius constet. d. c. suborta. & sic in ordine pronunciandi præmittatur possessorium: ut ibi per Inno. tenet Innocen. in c. cùm dilectus de causa pos. & propri. sed in exequendo sententiam præfertur petitorium. Bald. ubi s. Sed an absolutoria lata in uno pariat exceptionem rei iudicatę in altero. gl. in uer. proprietatis. quòd non: imò poterit aduc intentare petitorium respectu dominij. & Bart. in d. l. incerti. ad fin. & l. & an eadem. §. fi. ff. de except. rei iudi. & per Innoc. in d. c. cùm dilectus.

Petitorium in causa appellationis prophana nõ potest suspendi per appellantem uel appellatũ: secus, in causa beneficiali. Rota in deci. ccxc. in causa. in nouis.

Petitorium suspendenti in secunda instantia non obstant producta in j. instantia, per quæ de non iure suo constet. Rot. in deci. cccxcvj. si A. conferatur.

Petitorio agens potest producere testes super eisdem, uel directo contrarijs, non obstante publicatione processus. Rot. ccccxlij. fuit dubitatum. in nouis.

Petitorium super beneficio potest inuentari. cle. j. & ibi Car. in iij. opp. de causa pos. & proprie.

Petitorij ad possessorium transitus an sit permissus. Card. in d. clem. vj. oppo. quòd sic: & potest etiam post publicatũ processum. Car. ibi. in xiij. q. sed econtrà, ibi. in fi. q. post glos. & per Bar. in d. §. nihil commune. & ibi Alex.

† Petitorium, & possessorium, & quãdo, & per quæ uerba intentantur, uide do. Barth. Soc. in con. cclxvij. incip. In causa. in prin. ibi. & in primis, cum uersi. seq. in ij. parte.]

Petitorij & possessorij sententię æquiparantur ad effectum sequestri. not. Card. in cle. j. uersi. not. de seq. pos. & fruc.

Possessorium prius ortum non excluditur per notorietatem dominij. Car. in d. cle. j. xvj. q. in op.

20 Petitorium an possit suspendi. Card. in d. clem. xlij. oppo.

Petitorium, & possessorium si cumulentur per delegatum contra formam rescripti, processus non tenet. infrà, uer. Processus. uer. lxj.

Petitorium non competit possessori, nisi in matrimonialibus. Car. ubi s. viij. q.

Petitorij ad possessorium si fiat transitus, non condemnatur in expensis. Car. ubi s. q. xv. & melius per Alex. post Bart. in l. prædicta. §. nihil commune. v. char. de acqui. pos.

Petitorio succumbens an agat possessorio. Car. ubi s. q. xvj.

Petitorij sententia an præiudicet possessori. in d. q. xvj. & per Alexan. & doc. post Barto. in d. §. nihil commune.

Petitorio agens an cogatur agere possessorio. gl. in uer. orta. in d. l. incerti. C. de interdi. quòd non.

Petitorij materiam supple infrà, uer. Possessorium. & uer. Processus. per totum. & per Alexand. in consil. lxxvj. ij. parte. in consi. cx. j. part.

† Phlebotomia permissa est etiam monachis ad salutem. c. cùm ad monasterium. de statu monach.]

Phlebotomia die xiij. Februarij facit quem non posse illo anno mori ex febre. Io. And. post Vincen. in d. c. cùm monasterium. secundum Abb. ibi, qui refert post Ant. de But. quòd Io. An. sic seruabat ex reuelatione angeli. Sed non est consulendum non indigenti, cùm uitam minuat.]

† Phlebotomauit angelus equitem dormientem propter uitium linguæ, ut posset predicare. xxj. q. j. §. hoc idem. & Car. in cle. j. de magistr.]

† Phlebotomia non fiat in palato ex causa infirmitatis. sup. Barb. uer. fi. & j. Statutum de maleficijs. uersi. cxxxvj.]

† Petrus accepit à domino nostro Iesu Christo exercitiũ potestatis per traditionem clauium, quæ non erant militares, sed spirituales, secundum Compost. in c. translato. de consti.]

† Et nomen suum accepit à Petra Christo. §. decretis. ante fi. xxj. distin.]

Petrus habet potestatem à Deo spiritualem per uerba, Petre, si diligis me, pasce oues meas. c. significasti. de elec. gl. in cap. translato. de constit. Vel per uerba, Ite, & docete, &c. secundum d. gl. per c. proprie. de conse. di. iiij. Vel per uerba, Tu es Petrus, &c. dabo tibi claues, &c. quodcunq; ligaueris super terram, &c. xxj. dist. in no. cum si. dixi plenius in tract. de epis. in prælud. in prin.

Pia causa habet fauorem specialem, ut actio ex testamento stricti iuris assumat naturam bonæ fidei, & quòd debitor reipsa constituatur in mora, etiam non interpellatus. gl. Instit. de actio. §. item mista. in glos. in uer. iudicium. Bal. in auth. hoc amplius. iij. col. C. de fideic. uer. hoc uerum, nisi in his. Ludo. in fin. uer. Pia causa.

† Adde, quòd omne relictũ pro anima dicitur ad pias causas. no. gl. & Bar. in l. si quis Titio. ff. de leg. ij. Abb. in rubr. de testi. & in c. requisisti. in prin. eo. tit. & in c. relatum. el j. eod. ti. & uide Bal. in l. j. C. de sac. san. eccles. ubi concludit, quòd relictum factum cõsanguineo pauperi dicitur ad pias causas. Secus, si cõsanguineo diuiti, licet dicat, quòd pro anima sua fecit. Ex quo infertur, quòd relictum factum consanguineo religioso, si amore Dei fit, dicitur ad pias causas: ut no. in c. j. de testa. li. vj. & Bal. in d. l. j. Abb. in d. rubr. de testa.

* Piæ causæ filij nõ in legitima tantùm, sed in uniuersa etiam hæreditate præferendi sunt, cùm hæreditas à legitima non possit seiungi. l. j. l. ij. ff. de acq. hær. Bar. in l. gerit. ff. eo. Iason in l. j. q. vj. ff. de uulg. Abb. in c. Rainutius. de testamen. Alex. con. lxxv. uol. j. Archi. consi. clx. Alciat. con. dcxxxiij. nu. iiij. Aemilius Maria Manolessus.

Pia causa, & filius, æquiparantur. c. in præsentia. de proba. Alexan. con. lxxxvj. iiij. parte, & sup. arg.

Pietatis causa quandoque dicitur fieri expensa. glo. ult. in l. ex duobus. §. j. de ne. ge. dicit, quòd ex qualitate personarũ, & expensarum. & addo aliam glos. in l. utrum. ff. de do. inter uirum & uxo.

Pietatis causa si quis alatur, non repetuntur alimenta. l. ex duobus. §. fin. de neg. gest. ubi loquitur de auunculo alente filium sororis.

† Piæ causæ fauore debetur melius in legatis ad pias causas generaliter factis. Pro hoc tex. no. & ibi Bart. in l. Titia. in §. Seia. ff. de auro & arg. leg. Ex quo decidit ibi Bart. quòd si testator legat ecclesiæ calicem, intelligitur de argento: & si planetam, intelligitur de serico. Abb. in c. indicante. in ij. col. de testa. ibi Ioan. de Imo. in viij. col. in uersi. quintò quærit. post Pe. de Ancha. & uide eundem Abb. in c. ex parte. de censi. di xi s. in uerbo, Calix.

Pia causa dicitur, causa dotis. l. cum his. §. si mulier. & ibi Bald. de condi. inde. & Bal. in repe. l. j. col. xvj. C. de sa. san. ecc. & Bart. in l. si ego. in prin. & §. j. ff. de iure do. & Alex. in l. si cùm dotem. §. eo autem. solu. mat. & in l. si constante. v. char. eod. tit. Barto. in l. ij. de dona. Bal. in l. mandatum. iiij. col. C. mandati. & l. sicut. de actio. & ob. Lud. in auth. similiter. iij. col. ad legem Falcid.

Pia causa dicitur omnis actus uergens principaliter in salutem animæ. s. uerb. Legatum pium. uersic. j.

Pietas filij debet esse æqualis patri, & matri. l. furiosæ. ff. de curfurio.

Pietatis officium non debet esse uenale. Bald. in l. sancimus. C. de infan. expo.

* Piã causam ex pręsumpta mente testatoris nõ excludit substitutum,

nota: bonorum piorum ... inalienatione bonorum ecclesiae v. Eueraerdum loco 32. ab ecclesia ad pia loca. Et optime Porcum lib. 5. regularum con-clus. 6. et seqq. ... et conduunt qui de hospitalibus et confratrijs scribit optime Menoch. de recuperan. posses. reme. 15. an. 22.

stitutum, qui ex testatoris liberis est. sec. com. opi. c. fi. xviij. q. iiij. Bar. Soci. in l. j. ff. de reb. dub. in l. cùm auus. ff. de condi. & demonstr. Rip. in l. ex facto. §. j. nu. 41. ff. ad Treb. And. Alciat. in l. quinq; pedũ. not. j. C. fini. regũd. Vincen. Hercul. in disp. Perusinus. q. v. Bal. cõ. cxcvj. uol. j. Raph. Ful. cõs. lxij. Ias. cõ. ccxij. uol. ij. And. Alciat. cõs. dcxxxiij. à quib. dissentit Deci. con. ccccxxvj. Aemilius Maria Manolessus.

† Pia causa ex uerisimili mente testatoris non uidetur praeferẽda propriae soboli ipsius testatoris. do. Pe. Phi. Cor. in cõs. cclxxvj. inci. Visis. in litera D. in iij. parte.]

Pia loca quae sint. in Spec. de instru. edi. §. nunc uerò aliqua. in xiij. chart. in uers. & scias. ibi, pia autem loca. qui dicit, quòd sunt ecclesiae, monasteria, hospitalia, & quaelibet alia pia loca, in quibus senes, debiles, infantes, & aliae personae miserabiles & languidae aluntur, & alia charitatis opera exercentur.

† Pia loca & ecclesia gaudent eisdem priuilegijs. ut in l. fin. C. de sac. sanc. eccle. no. Io. And. in c. j. & ij. de in integ. resti. li. vj. quòd pia loca possunt petere restitutionem in integrum, sicut ecclesiae. Abb. in c. fin. de testa. & Abb. in c. ij. de consue. & ibi Pet. de Ancha. Card. & alij doc. in c. grandi. de supplen. negli. praela. li. vj. & in c. sciant cuncti. & in c. generali. de elec. eod. lib. & doc. in l. omnia priuilegia. C. de epis. & cler. Host. in c. cõquestus. de fo. compe. Pe. de Anchar. in clemen. causam. de elec. & in clem. dispendiosam. de iud. & plenè per Barb. d. c. fi. de testa.]

† Pia loca tenentur ad canonicam portionem. Et dicũtur pia loca, in quibus exercetur officiũ pietatis. not. Ioan. And. in c. Ioan. de testa. Spec. in ti. de instru. edi. in §. nunc uidendũ aliqua. uersic. scias. Abb. in d. c. fin. de testa. & in c. officij. in iiij. col. eod. tit.]

† Pictatium, est scriptura cõtinens petitionẽ alicuius. Ita dixit. gl. in c. pictatiũ. xxx. q. iij. Vel dicitur uerius scriptura, quae in Tuscia dicitur apodissa. C. de eroga. mili. anno. l. actuarij. li. xij. uide gl. & ibi Arch. lxxxix. dist. in c. si quis papa. in uerbo, Pictatia.]

Pictura in re uenali facta dicitur impensa utilis, nõ autem in re, qua quis utitur ad usum suũ, cùm possit uti etiã sine pictura. Bar. in l. uoluptariae. ff. de impẽsis. in re. do. fact. & in l. in fundo. de rei uend. in iiij. col. uersi. sequitur uidere. tenet esse uoluptariam.

Pictura praesumitur facta ab eo qui grauatus est facere. Bart. in l. cùm seruus. in j. col. uer. unde uidi. ff. de uer. obli. & in l. nomina. in fi. C. arbi. tu. Bal. & Pau. de Cast. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib. Addo Bal. in l. fi. C. de ali. pupi. praestan. & in l. id, quod pauperibus. in fi. C. de epis. & cle. & in l. j. in fi. C. de fru. & lit. expen. & in rub. C. de fide instr. in xvij. col. uer. sequit uidere de scriptura. Im. post alios, in c. j. ut ecclesiastica beneficia. & Im. & Alex. cõtra Ang. in d. l. cùm seruus. & ibi tenet Pau. de Cast. & §. Haeres grauatus. uer. clxxiij.

Pictura, cùm tendat ad ornatum ecclesiae, potest fieri à quocunque, non obstante prohibitione. Bar. in l. j. ff. ne quid in loco sacro.

Pictor pingens cum coloribus adulterinis tenetur ad interesse. Bar. in l. ij. in fi. C. de murileg. lib. xj.

Pictor obligatus pingere non potest seruire per substitutum. Bald. in l. j. §. ne autem. in ij. col. uersi. quidam sunt actus. C. de caduc. tollen.

Pignus non efficitur extranei inuenientis. l. res. & ibi Bal. C. de pign. imò nec acquirit sibi ius in pignore, secundum Bar. ibidem in j. notab.

Pignus augetur per alluuionem. l. si fundus. in prin. ff. de pign. & ibi Bart.

Pignus praetorium, & conuentionale, qualiter differant. Bart. in l. j. ff. de pig. actio. ubi dicit gl. quòd differunt in modo cõstituendi: quia conuentionale contrahitur solo consensu partium: praetoriũ uerò transitione, nisi in casu l. cum unius. §. fi. cum l. seq. ff. de bo. author. iud. pos. & Alex. in d. l. j. ubi etiam addit unam, scilicet quòd requiritur discussio in petitorio, quae aliàs requiritur in cõuentionali hypotheca. Item aliam, quia creditor accipiens pignus praetorium liberatur in totum, licet pignus non sit idoneum. l. à diuo. §. si pignore. de re iudic. secus in conuentionali. l. creditor, qui nõ idoneum. si cer. pet. & l. si pro mutua. C. eo. tit. Adde Bar. in l. nõ est mirum. in fi. ff. de pig. act. Quae autem sit differentia inter pignus praetorium, & iudiciale, uide gloss. in rub. C. de praeto. pig. & melius per do. Alexand. in l. à diuo Pio. §. in uenditione. in antepe. colum. ff. de re iud. Item quae sit differentia inter pignoraticiam, & hypothecariam, uide Spec. in tit. de pig. in uer. quae autem differentia. & in Spe. de pig. in princ. in uersi. quid si iudex.

Pignus non potest propria authoritate debitoris auferri creditori, sed debet agi actione pignoraticia. Bald. post gl. in l. si quis in tantam. C. unde ui. nec per creditorem. §. Creditor propria authoritate. uer. iiij.

Pignus dicitur commercium. Bar. in l. in quorũ. ff. de pigno.

Pignus debet reddi tale, quale fuit datũ. §. Creditor in pignore. uers. lxiij. & si deterioretur, uide in l. seruũ, quem. ff. de pigno. & d. uer. Creditor in pignore. uer. lj.

Pignus datum à defuncto potest peti petitione haereditatis. l. ei, qui. §. j. de pe. haered. ubi Bar.

Pignoratio possessionis intelligitur de re pleno iure. §. Possessio. el j. uer. xxvj.

Pignoris titulus an sit titulus, probatur secundum Bald. in l. si tibi. C. de pigno.

10 Pignus inutiliter datum, non potest retineri. l. cùm uitiosae. ff. de pigno.

Pignus subrogatum pro pignore non dicitur pignus, si nõ habet ortum à re, cuius loco subrogatur in pignus. l. fideiussor. §. Lucius. & ibi Bar. de pigno.

Pignus praetorium potest pro chirographaria pecunia retineri, sed non pro hypothecaria. Bald. in addi. Spe. de pig. uer. pro chirographaria.

Pignus praetorium, uel iudiciale debet ali à debitore. glo. sing. in auth. ei, qui. C. de bon. autho. iud. posid. in glo. in uerbo, Pro mensura. ad fi. & Flo. in §. magistratus. ad legem Aquil. uide in l. si necessarias. in prin. de pig. act. & §. uerbo, Cibus. uersi. ij. & Bar. in l. cùm seruus. de uerbo. obli. in uersi. & eadem ratione.

Pignus in compromisso non tenetur pro eo, quod augetur in causa reductionis. gl. in l. in proposita. & per Barto. in materia in l. si societatẽ. §. arbitrorũ. pro socio. in ij. col. uer. quaerit gl. Ioan. de Pra. in l. mulcta. de condi. & demon. Bald. in l. fi. x. q. C. de contrahen. emp.

Pignora nõ ueniunt in legato bonorũ. l. qui habebat. in prin. & ibi Bar. de lega. iij. & ibi glo. uide Bar. in l. statuli. haeredis. ad legem Falc. quòd

Pignus dicitur in bonis debitoris, nisi sit datum pro tanta pecunia, quòd non sit spes luitionis: ut ibi in uer. dicitur hîc. & in Spe. de loca. §. vj. uer. cxxij.

Pignus datur pro omni obligatione. l. si rem. §. j. & ibi Barto. ff. de pigno. act.

Pignus dicitur etiam quod pignori accedit. l. si conuenerit. §. si nuda. & ibi Bar. ff. de pig. act. & §. Partus. uersi. xiij.

Pignora ex pacto communicato inter creditores retinent priuilegium prioritatis. l. insulam. ff. qui po. in pig. hab.

20 Pignus pro mutuo filijfami. nõ tenetur, sicut nec fideiussor. l. si alius. ff. quae res pig. obl. pos. nec pro muliere. l. si alius. ff. quae res pig. oblig. pos.

Pignus si crescat, uel decrescat, ad debitorem spectat. l. si inter. §. quicquid. ff. de pig.

Pignus inter duos certantes depositum apud tertium, petitur actione praescriptis uerbis à depositario per uictorem. l. si gratuitam. §. fi. ff. de praescri. uer.

Pignus haeredi debet reddi, licet in instrumẽto non sit dictum de haerede. l. si uxor. & ibi gl. & Bar. C. de pig.

Pignoris possessio si perdatur, recuperatur per hypothecariã. l. ij. & ibi Bal. C. de praeto. pig.

Pignora diuersa pro diuersis debitis data possunt omnia retineri pro utroq; debito. Bal. in l. j. C. etiam ob chirogra. pec.

Pignus si detur unũ pro alio, quomodo teneatur debitor. in l. si quis in pignore. in prin. & ibi Bar. ff. de pig. ac. quod furti. si pignus iam erat constitutum: si uerò in cõstituendo aliud pro alio submittatur, tunc tenetur crimine stellionatus.

Pignus aequè idoneum dari potest pro alio pignore. l. si Titio. per glo. de pig.

Pignus trahit ad se etiã instrumenta fundi pignorati, quae sunt ibi perpetuò. l. debitor. ff. de pig.

Pignus si fame pereat culpa officialis, qui illud cepit, tenetur officialis. l. quemadmodum. §. magistratus. ad legem Aquil.

30 Pignora capiuntur post lapsum tempus datum iudicatis. l. fi. & ibi Bart. C. de excep. rei iudi. & ĩ. in uer. Pignus alienatur. uersic. xxviij.

Pignus & fideiussor æquiparantur. l. promissor. §. cõstituto. & ibi Ang. de consti. pecu.

Pignus simpliciter præstitum intelligitur pro sorte, non pro usuris. l. per retentionem. C. de usur. Vide Bar. in l. solutum. §. si in sortem. ff. de pig. act. nisi usuras soluerit seruus creditor priori: quia etiam pro illis retinet pignus. l. si prior. §. j. qui po. in pig. ha.

Pignora capi non possunt, nisi præmissa citatione. Bal. in addi. Spe. de cita. uer. item debitor.

Pignoris appellatione nõ uenit hypoheca. l. si rem. §. propriè. ff. de pig. act. & ibi Bar. & glo. in l. j. eo. ti. Vnde statutũ de pignore non habet locũ in hypotheca. Bar. in d. §. propriè. ubi tamen se non firmat. Sed contrariũ probatur in l. res hypothecæ. §. inter pignus. ff. de pign. ubi non est differentia, nisi in sono uocis. Vide in Spe. de pig. in prin. in uer. quæ autem differentia. per Azo. in Summa. C. de pig. act. in prin. & Pau. de Cast. & Ale. in d. §. propriè. tenet contra Bar.

Pignus pro uno debito nõ potest pro alio retineri. l. j. C. etiam ob chirog. pecu. & ibi omnino per Bald. nisi pro debito pœnę. l. pignoribus. C. de usuris. & Lud. in sing. uer. Pignus pro uno. Sed in l. creditori. C. de fideicõ. & ibi Bal. dicitur posse retineri ob aliam causam. & ĩ. in uer. Tenuta. uersi. xix. adde s̃. eod. uersi. xj.

† Pignus potest subrogari unum pro alio, inuito creditore, dummodò sit æquè idoneum: ut not. Franc. Crem. not. liiij. incip. Quæritur, si penes Iudæum. alleg. glo. quam dicit singularem in l. Titio. ff. de pigno.]

Pignori incumbere, tutius est, quàm agere in personã. in Spe. de salar. §. iiij. uer. quid si infirmus.

Pignoris prætorij, & iudicialis materiam ponit Spec. de pri. & secun. decre. §. ij. uer. sed oppo. & §. v. in princip. & uersi. sed quæritur.

Pignus potest uendicari à possessore per secundum creditorẽ, non obstante exceptione, quòd alter sit prior. in Spe. de peti. & pos. §. ij. uer. item nunquid potest.

Pignoris causa potest creditor agere actione furti. Spe. in ti. de fur. uer. in summa. adde tex. in §. aliquando. Insti. de ob. quæ ex deli. nas.

Pignoris amissio quomodo probetur. in Spec. de fur. uersi. sed quomodo, uidelicet qualiter latrones uenerũt de nocte ad ostium suum, & illud fregerunt: ut ibi per eum.

Pignus constituitur per uerba, uidelicet, Mutua mihi decem super hoc libro. l. codicillis. §. instituto. & ibi Bar. de leg. ij. Vide Bar. in l. fundus; quem. de an. le. Bal. in l. j. C. com. de leg. & ĩ. uer. Super. uersi. j.

Pignus si constituatur pro tanta quantitate, quòd non sit spes luitionis, dicitur alienatio, & tunc res pignorata præsumitur creditoris. Bart. in l. legata. §. fi. de supel. le. uide Bart. in l. statuliber hæredis. in fi. ad legem Falc. & ĩ. eo. uer. ix. & tunc creditor tenetur facere rem describi in æstimo suo, non debitor uigore statuti. Ang. in l. cùm notissimi. in prin. de pręs. trigin. ann. & Alex. in l. j. §. per seruũ. de acqui. pos. Item tũc creditor dicitur possidere: ut ibi. & s̃. Creditor in pignus.

† Beneficiatus si tempore infirmitatis suæ pignorauit seu contraxit multa debita pro necessitate corporali, tenetur successor in beneficio illa debita soluere: & sic extenditur. capitul. j. de solutio. ubi dicit text. quòd successor in beneficio tenetur debita soluere pro necessitate ecclesiæ contracta. Idem si pro necessitate propriæ personæ. Ex quo nota, quòd res ecclesiæ possunt pignorari, uel obligari pro sustentatione rectoris. Abbas in d. c. ex præsentium. & uide eundem in c. j. de solu. & aliquid in c. olim. el ij. de resti. spol. & in c. peruenit. de arbi. & plenius in repe. c. cùm esses. de test. uer. iiij. quęro. & in c. peruenit. de fideius. & aliquid. in c. Odoardus. de solut.

Pignus etiam per epistolam contrahi potest. in Spe. de procu. §. ratione autẽ formę. uer. quid si mandato. l. cùm tabernam. §. idem quæsijt. & ibi Bart. ff. de pig. Bal. in j. consti. C. §. quibus. in ij. col. ibi, utrum pignus. Vnde

Pignus contrahitur etiam inter absentes: ut ibi. l. creditor. §. obligatio. ff. de pig.

Pignus non intelligitur repetitum in obligatione nouante. l. nouatione. ff. de noua. nisi expressè dicatur. & tunc retinet priuilegium prioritatis. l. iij. in prin. & ibi Bart. ff. qui pot. in pig. ha. Sed constitutum pro obligatione nouante, tenetur pro prima, quæ non est nouata cum effectu. l. si paternam. & ibi Bar. in iij. no. C. ad Velleian.

Pignus etiam de nocte potest cõstitui. gl. in l. more. de fer. Bal. in Mar. uerbo, Testium receptio.

Pignora pro dote restituenda constitui & dari possunt à marito. Bar. & Alexand. in l. quamuis. de solu. contra Bal. & Lud. Pon. in l. si constante. ff. solu. mat. & Alex. in d. l. si constante. §. quoties. ibi Dyn. & Barto. & est glo. in l. j. C. de fideius. pro do. dan.

Pignus pro pignore an possit constitui. s̃. uer. Pignus. el j. uers. xxvj. quòd sic.

Pignoratio pro tanta quantitate, quòd non sit spes luitionis, non ualet in prohibito acquirere. Bart. in l. in quorum. ad fi. ff. de pig. Cy. & Bal. in l. fi. de rebus ali. non alie. Addo, quòd prohibitus alienare potest pignorare. Bartol. in d. l. in quorum. circa prin. Quod intellige uerum, nisi prohibitus alienare pignoraret pro tanta pecunia, quod non est uerisimile ipsum luiturum, quia tunc uidetur alienare: & ideo non tenet pignoratio. Ita Bart. in l. legata. §. fin. ff. de supel. le. Adde circa supradicta, quòd prohibita alienari non possunt pignorari. Abbas Panor. in c. j. de his, quæ fi. à præla. sine consensu capi. Bar. in l. qui habebat. in princ. ff. de legat. iij. & ibi per do. Alex. post eum. Bal. in l. uoluntas. C. de fideic. & in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure.

10 Pignus etiam in testamento constitui potest. Bar. in l. non est. ff. de pig. actio.

Pignus prætorium non constituitur, nisi tradatur possessio. l. non est. & ibi Bar. ff. de pig. act. & in l. j. eo. ti. Secus est in pignore conuentionali, quod contrahitur solo consensu partium, secundum Bar. in d. l. j. & uide s̃. eo. in uer. Pignus non efficitur. in uersi. ij.

Pignus pro filiofa. & pro muliere constitui non potest. s̃. uer. Pignus. el j. uer. xx.

Pignus à pupillo debet cõstitui cum tutore, & authoritate iudicis. l. j. cum gl. ff. quæ res pig. ob. pos. Item,

Pignus debet constitui, & dari pupillo cum authoritate tutoris: aliàs contra eum nõ datur actio pignoraticia. l. pupillo. & ibi Bar. ff. de pig. act.

Pignus pro filio etiam pater potest stipulari, tãquam administrator. l. si legati. cum gl. & Bar. ff. de pig.

Pignus etiam per procuratorem specialem acquiri potest, uel saltẽ si dominus ratificet. l. si inter. in prin. ff. de pi. Idem per negociorum gestorem secuta ratihabitione, secũdum Bart. ibidem.

Pignus contrahitur etiam per missionem in possessionem ex primo decreto. l. si is, qui. §. j. & ibi Bart. ff. de pig. Itẽ per pactum de uendendo. l. iij. §. fi. qui po. in pig. ha. & tenet Bal. in l. creditores. ad fi. ff. de pig. & Bartho. Cæp. in sing. uersi. ij. & Alex. in d. §. fi.

Pignus per alium sine mandato obligari non potest. l. j. & ibi Bal. C. si res ali. pig. da. sit.

Pignus in nomine debitoris constituitur, si iudex dicit, Iubeo nomen Titij esse loco pignoris. Bald. in l. ij. C. de prætorio pignore.

20 Pignora non sunt obligata fideiussori creditori soluenti, nisi creditor cedat ei ius pignoris. l. mandati. & ibi Bald. C. de fideiusso.

Pignorans rem suam pro amico quomodo agat. s̃. Actio præscriptis uerbis. uer. x.

Pignus si detur unum pro alio. s̃. uerbo, Pignus. el j. uersic. xj. & xxvj.

Pignus etiam sine scriptura potest constitui. l. contrahitur. & ibi Bar. ff. de pig. l. si uxor. & ibi Bar. C. eo. ti.

Pignus de fundo censetur cõstitutum etiam de instrumentis perpetuò mansuris in fundo. s̃. Pignus. el j. uers. xxviij.

Pignus idem datum uni creditori, potest etiam alteri constitui pro residuo ualoris, si creditor secundus certificetur esse prius alteri obligatum, & liberatum à primo, totũ remanet

secundo creditori obligatū.l.& quę nondum.§.fi.& ibi Bar. ff.de pig.& j.in uerbo, Pignus de quibus.uer.xxiiij.

Pignus idem constitutum duobus simul diuersis momentis, tenetur cuilibet insolidum: sed si eodem momento, tenetur cuilibet pro parte rei.l.si fundus.§.si duo. & ibi gl.& Bart.ff. de pig.uide in l.idem.§.j. qui po.in pi.ha.& in dubio melior est conditio occupantis.Bar.ubi s.

Pignus constitutum simpliciter non tenetur pro usuris. l. per retentionem.C.de usu. Vide Barto.in l.solutum.§.si in sortem.de pig.act.ubi distinguit, quòd si sunt usuræ debitæ naturaliter tantùm, & tunc pignus non tenetur pro usuris, nisi sit specialiter dictum. Si uerò usuræ sunt debitæ naturaliter, & ciuiliter: & tūc pignus simpliciter acceptum tenetur etiam pro usuris.Item nisi usuras soluerit secūdus creditor priori.l.si prior.§.j.qui po.in pig.hab.

Pignus datum præsumitur idoneum. l.ij. C.de pig.etiam facit censeri renunciatum actioni personali, nisi fecerit non idoneum.l.creditor.& ibi Alex.si cer.peta. Item facit non posse iurare debitorem suspectum.Alex.post Bal.ibi.

Pignus an dicatur constitutum, uel uendi per uerba, Do tibi fundum in pignus pro decem, cum pacto, quòd nunquam possim luere, & tu lucreris fructus. Alex.post gl.in l.qui Romæ.in prin.de uerb.oblig.

30 Pignus ex turpi causa constitutum potest uendicari per pignorantem. Alex.post glo.in l.iuris gentium.§.si ob maleficium.ff.de pac.& j.eo.uer.penult.

Pignus constitui potest per tutorem alienantem sine decreto, licet alienatio non ualeat.l.si is.C.de præd.min. & Alex.cō sil.liiij.iiij.parte.

Pignora constituta pro prima cōductione, stant etiam pro secunda conductione renouata tacitè, id est, per patientiam domini, & inhabitationem cōductoris, nisi fuerint data per tertium: secus, si per conductorem.l.item quæritur. §. fin. & ibi Bart.ff.locati.

Pignus acquiritur mutuanti pecuniam alienā suo nomine, nō autem domino pecuniæ.l.& si frater.& ibi Bar.C.de pig.

Pignus prætorium non constituitur nudo uerbo iudicis, sed requiritur immissio in possessionem, nisi quādo per casum, uel de facto potentioris fieri nō potest: quia tunc missio habetur pro facto. Bal.no.in l.iij.in prin.C.ut in pos.le.Bart.in l.si finita.§.illud quæritur.de dam.infect. Adde s.in uer.Pignus non efficitur.in uer.iij.& s.eo.uer.xj.

† Pignus an constituatur per uerbum, Assignamus in solutum, ut magis sint cauti recipientes, an uerò sit solutio. uide do.Pet.Phili. Cor.in consi.cclxxxvj. incip.In hac.per totum.in j.parte.]

Pignus constitutum pro minoribus usuris non potest retineri pro maioribus ex contractu nouo debitis. l.per retentionē. & ibi Bal.C.de usuris.

Pignus pro sorte cōstitutum non stat pro usuris noui contractus.d.l.j.per retentionem.& ibi Bal.nec pro usuris contractus in dubio: ut ibi.& s.eod.uersi.proximo.

Pignus pro sorte, & pro usuris constitutum, potest pro utroq; retineri.l.pignoribus.& ibi Bal.C.de usuris.non tamen potest retineri pro sorte, & pœna: ut ibidem per eum.

Pignoratio dicitur cōtractus nominatus. Bal. in rub. C.de rerum permu.in uer.sed quæritur.

Pignus in feudo solius uerbo non constituitur, sed possessionis apprehensio requiritur.Bald.in l.iij.in iij.quæst. C.ut in pos.lega.

40 Pignus in compromisso constitutum durat, etiam com promisso prorogato, si sit compromittentium: secus, si extranei.Nico.de Neap.in l.Titius. ff. de excu.tut. in prin.in uer. in pignoribus.distingue.

Pignus ob turpem causam constitutum potest repeti rei uendicatione.Bart.in l.iuris gētium.§.si ob maleficium.de pac. & ibi Alex.uide gl.& ibi Bart.in l.j. ff.de condi.ob turp.cau. gl.& Cy.in l.ij.s.eo.tit.

Pignus cōstitui potest fideiussoris de iudicio sisti. Bal.in auth. offeratur.v.col.de lit.contest.in uer.sed hic quæro, an iste

† Pignus ex quibus pactis & uerbis potius iudicatur, quàm datio in solutum, ac emptio, & uenditio. uide do.Bar.Soci. in consi.xciij.incip.Circa.in prin.usque ad uer.circa secundum.in j.parte.]

Pignus de quibus rebus contrahi possit, uel non, uide j. eod.per totum.& in Spe.de pignor.§.j.per totum. & de solu.§.j.

Pignorari possunt pro debito fructus beneficiorum.in Spe.de hære.uersi.in fauorem autem fidei.ad fi.

Pignus rei alienæ non cōfirmatur, licet dominus succedat pignoranti.l.si Titio.& ibi Bar.ff.de pig.& j.eo.uer.vj.

Pignorari potest etiam pensio,l.cùm conuenit.ff.de pigno.

Pignorari possunt etiam fructus pendentes, & partus ancillæ futurus.l.& quæ nondum.in prin.ff.de pigno.

Pignoratio rei alienæ, quæ postea fit debitoris, an ualeat. gl.& Bar.in l.j. ff.de pig. quòd nō, si creditor sciebat alienam esse rem: ut ibi etiam per Angel.

Pignorari potest etiam emphyteusis.s.Emphyteuta pignorat. uer.j.& no.in l.fi.C.de iure emphy.

Pignoratio rei alienæ ualidatur per ratihabitionem domini. j. uer.Ratihabitio.uer.xl.& j.eo.uersi.pe.

Pignus in re communi constitui potest per unum ex socijs, & durat totum in qualibet parte, etiam facta diuisione rei.l.ij. §.fi.ff.qui po.in pig.hab. Item potest pro indiuiso pignorari res cōmunis per alterum socium. Bar.in l.unus.ff.de seruit. ti.generali.& ibi Flo.in l.j.C.si res communis pi.da.sit.

10 Pignoratio rei alienæ an ualeat, finita pręscriptione per hęredes pignorātis. in Sp.de ob.& sol. uer.sed quid.& ibi Bal. uer.an possit.& per Bar.in l.j.§.j.de pigno.quòd sic.

Pignus in re propria quando constitui possit.in l. ex sextante. §. Latinus.de excep.rei iud. per Bartol. in l.si finita.§.Iulianus.de dam.infec. xiij.col. & quod not. per Bal.in auth.sin. C.ad Velleian.

Pignus pignorari potest.l.j.& ij. C. si pig.pi.da.sit. Quod uerū est tribus uicibus tantùm, & non pluribus. in Spe.de pig.in prin.uer.sed cum pi.gl.in rub.de arbit.xxij.col. Pet.de Sun. in l.j. C. de sent. quæ pro eo, quod int.prof.& j.uer.Res.el j. uer.lxij.Imò ultra ter, quandocunq; uelit creditor, an sit ius quæsitum in eo. Ang.in l.j. uer.ij.præal. Alex.in l.qui bona. §.fi.de dam.infec.& s.Infamis.

Pignus fieri non potest de tegulis tectorum. Bart. in l.nuru. §. fi.de leg.iij.

Pignus de re aliena an & quando cogatur dominus luere, & qua actione. Barto.in l.si ut certo.§.nunc uidendum.el ij.ff. commo.uide gl.pleniorem.in l.pe. C.eo.& ibi Bal.

Pignus per alium sine mandato obligari non potest, sed retineri potest per creditorem, si pecunia data pro pignore sit uersa in utilitatem domini, cuius est pignus.l.j.& ibi Bal.C. si res ali.pig.da.sit.

Pignoratio rei alienæ non ualet, nisi dominus fraudem committat.l.ij.& ibi Bald.C.si res ali.pig.da.sit. & j.uer.Res.el j. uer.lxij. Potest tamē res aliena pignorari domino uolente, uel ratum habēte.l.aliena res.in princ.& ibi Bar.ff.de pi.act. & in d.uer.lvij.& s.eo.uer.viij.

Pignoratio rei donatæ fieri non potest per donantem. l. quæ prædium.& ibi Bal.C.si res al.pig.da.sit.

Pignorari potest nomen debitoris.l.j. C.de præto.pig.per Bal. Item ius quod quis habet in re.l.si ab eo.de pig.

Pignorari potest res propria pro amico. s. uer. Actio præscriptis uerbis.uer.x.

20 Pignorari non possunt ea, quæ non sunt in commercio. l.ij. §.eam rem.ff.quæ res pig.obl.pos.Item,

Pignorari non possunt sacra.Bar.in l.in quorum.ff.de pig. & j. Sacra.per totum.nihil tamen dicit de pignoratione.

Pignorari nō potest res litigiosa.l.ij.§.quid ergo. ff.quæ res pi. obl.pos.& ibi Bar.

Pignus cadit in omni re, in qua cadit emptio, & uenditio.l.sed quod.§.quod emptionem.ff.de pig.

Pignus uni datū, potest & alteri obligari pro eo, quod plus ualet.s.uer.Pignus constituitur.in uersi.xxiiij.

Pignoratio rei alienæ quare non ualet, sicut uenditio. glo.in l. rem alienam.ff.de contrahen.emp.& ibi Bart.& no.per Cy. in l.siue.C.ad Velleia.Vnde

Pignorari non potest res aliena in præiudicium domini: ut ibi no.& l.quæ prædium.& per totum ti.C.si res ali.pi.da.sit.& s.eo.uer.viij.& uers.xvj. Quomodo autē intelligatur, quòd res aliena non possit pignorari, uide no. per Bart.in l.si rem alienam.ff.de pig.actio.

Pignus rei suæ, id est, creditoris, non ualet: quia pignus & dominium, non cõcurrit. in Spe. de cess. actio. §. j. uers. sed quid si cessi. & uer. sed pone, habeo. & de loca. §. vj. uer. xlv.

Pignus soluitur multis modis: ut s. eodẽ, per totum. & ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. & C. de remi. pig. per totum.

Pignus obligatum duobus, nõ liberatur à secundo creditore, quamuis liberetur à primo. l. creditor. §. j. qui po. in pi. hab.

Pignus liberatum à primo creditore, per solutionem debiti confirmatur secundo creditori: & idem si liberatur cõpensatione, uel quacunque alia satisfactione. l. iiij. qui pot. in pigno. habean.

Pignus pro trãsactione datũ durat etiã pro prima obligatione, si transactio non seruetur. l. fi. ff. qui. mo. pig. ta. contrah.

Pignora plura data pro uno debito, nulla liberantur, nisi toto debito soluto. l. qui pignori. ff. de pig.

Pignus liberatum debet reddi hæredi, licet de eo non fiat mẽtio in instrumento. l. si uxor. & ibi gl. & Bal. C. de pig.

Pignus dissoluitur, si fiat creditoris. l. eleganter. in princ. & ibi Bar. in j. not. ff. de pig. act.

Pignus emphyteusis dissoluitur finita emphyteusi. l. tutor. §. fi. per Bar. ff. de pig. act. etiam per canonem non solutum. Bal. in l. ij. xiij. q. circa medium. uer. sed contrà uidetur. C. de rescin. uend.

Pignus dissoluitur per nouationem obligationis. l. nouatione. ff. de noua. nisi repetatur expressè. l. iij. in prin. & ibi Barto. per illum tex. in ult. notab. ff. qui po. in pig. ha. & pro parte, qua ualet nouatio, liberatur. l. si paternam. & ibi Bald. C. ad Velleianum. Adde casum no. per Alexan. in l. solutum. in prin. ff. de pi. act. ubi dat cautelam liberandi pignus sine solutione debiti.

10 Pignus rei communis non soluitur per diminutionem rei, quæ fiat inter socios, quorum alter pignorauit, sed durat totum, etiam in qualibet parte. l. iij. §. fin. qui po. in pig. hab. & ibi Bart. qui dicit secus esse, si debitum esset pro iure personali. De quo per eum in l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de act. empt.

Pignus datum fideiussori, recuperatur, si debitor soluat creditori: quia illud liberatur. l. fideiussor. in princip. ff. de pigno. & ibi Barto.

Pignus in solutum dari non potest creditori inuito. l. j. & ibi Bald. C. de pig.

Pignus non efficitur luentis extranei. l. res. & ibi Bald. & Bart. C. de pigno.

Pignoris interitus non liberat debitorem. l. seruo. & ibi Bald. C. de pigno.

Pignus remitti potest pro parte pro indiuiso. l. si consensit. §. si conuenerit. ff. qui. mo. pig. sol. & ibi Bar.

Pignus extinguitur per solutionem æstimationis rei. l. sicut. in prin. ff. qui. mo. pign. so. & ibi Bar.

Pignoris remissio inter uirum & uxorem an ualeat. s. uer. Remissio. el ij. uer. xiiij. quòd sic.

Pignus liberatur remissione debiti. l. soluitur. & ibi Bar. ff. qui. mo. pig. sol. l. debitum. C. de remis. pig.

Pignus liberatur sola solutione debiti. Item per oblationem effectualem factam in iudicio, nõ autem alia satisfactione. l. itẽ. §. qui paratus. & ibi Bar. quib. mo. pi. uel hypo. sol. Item nec satisdationem: ut ibi. nisi sit actum à principio. l. pen. eo. tit. & plenius s. uerbo, Debitor pignus. uer. xij.

20 Pignus non liberatur per filium, nec per seruum. l. sicut. §. non pacisci. qui. mo. pig. sol.

Pignus an tollatur usucapione. s. uer. Pignus alienatur. uers. ij. quòd non. Addo Bar. in l. usucapio. C. de pig.

Pignoris redditio non inducit liberationem. l. postquam. ff. de pac. Inn. in c. ij. de fide instr.

Pignoris liberatio est indiuidua. l. si residuum. & l. quamdiu. C. de distra. pign. & Alex. in l. in executione. §. item si ita. de uerbo. obliga.

Pignus non liberatur per procuratorem sine mandato. l. si cõsensit. §. uideamus. qui. mo. pi. sol. Potest tamen accipere remissionem pignoris sine mandato: ut ibidem per Bar.

Pignus liberatur causa sopita per sententiam, uel iuramentum principali delatum. l. si defendente. & ibi Barto. ff. qui. mod. pig. sol.

Pignora uxoris liberantur, si uir eius hæres soluat debitum, & repetuntur per eum. l. si uxor. & ibi Bal. C. de pig.

Pignus an liberetur si fideiussor præstetur. gl. in auth. de exhibend. re. §. illud quoque. in uersi. si uerò administrat. in glo. in uerbo, Fideiussorem. quòd sic. & ibi Ang. in ij. col. in uers. sed an possit.

Pignus emptum à creditore desinit esse pignus, nisi emptio sit simulata, & constet canonicè de simulatione. Bal. in c. j. §. similiter. de controuer. inuesti. in prin.

Pignus in domo durat, etiam ea dirupta: quia per ruinam non soluitur, si domus reficiatur. l. fi. ff. de pig.

30 Pignus soluitur, si obligatus ad reuendendum reuendit: sed non resoluitur, si uendens læsus agat rescissoria ex beneficio. l. ij. C. de rescin. uend. Bart. in l. quoties. aliàs est in l. ubi autem. §. sed &. ff. de in diem addi. & in l. si res. quib. mo. pi. sol. Addo Bart. in l. in diem. in uer. tota die contingit. ff. de aqua plu. ar. Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de ob. & sol. in ij. & iij. col. in duabus quæstionibus. Bal. contrà in d. l. ij. xiij. q. in uer. iuxta hoc quæritur.

Pignus non resoluitur, licet donatio de eo facta prius donatario pignoranti rescindatur, tanquam non insinuata. Bart. in d. l. si res, qui. mo. pi. sol. Sed Bald. contrà in d. l. ij. in xiij. q. in uer. dicit etiam ibidem Bart. quòd dicit uerius. do. Alex. Im. in d. l. si res. post Bar. Allegat tamen per Bart. Io. An. in addi. Spe. in ti. de ob. & sol. in ij. & iij. col.

Pignus uendicatum per creditorem à possessore usucapiente potest liberari, & relui per debitorem, & auocari à creditore. l. j. §. cùm prædium. el j. per gl. & Bart. ff. de pig. ubi etiam uide, an postea possit per usucapientem uendicare à debitore. & per gl. & per Cy. in l. usucapio. C. eo. ti.

Pignus non tollitur, licet debitor sit condemnatus, nisi soluat. l. quamuis. la j. & ibi Bar. C. de pig.

Pignus non tollitur per alienationem legalem. l. usucapio. per Bar. circa prin. C. de pig. per l. alienationis. de uer. sig.

Pignus resoluitur, resoluto iure debitoris. l. lex uectigali. ff. de pigno. & Bald. in l. ij. xiij. q. C. de rescin. uend. in uer. iuxta hoc quæritur.

Pignora pro compromisso durãt etiam eo prorogato, nisi sint extranei. Nic. de Neap. in l. Titius. in fi. prin. ff. de execu. tu.

Pignus alienatur, & si non sufficiat eius precium creditori, debet residuum suppleri. l. j. per Bald. C. de pig. Bal. in l. quæ specialiter. C. de distra. pig.

Pignus non potest usucapi per tertium. l. usucapi. & ibi Bal. C. de pig. & sic nõ tollitur usucapione, sed præscriptione sic: ut ibi per Bar. & doc.

Pignus potest uendi contra pactum, si ter requiratur debitor per interualla dierum. l. si conuenerit. & ibi glo. & Barto. de pigno. actio.

Pignus uenditum quanto tempore præscribatur. in Specu. de præscrip. uer. sed de hypothecaria. Et aliquando quadriennio: aliquando decem, uel uiginti annis, aliquando triginta annis, aliquando quadraginta, & aliquando sex mensibus: & in quolibet casu ponit exemplum, ut ibi per eum. & s. in uer. Hypothecaria. uer. iiij.

Pignus locari potest. l. creditor. ff. de pig. Quod uerum etiã debitori, & pcario rogari à creditore. l. cùm & sortis. §. pign9. & ibi Bar. ff. de pig. actio. & s. uer. Creditor pignus. uer. 50.

Pignus si legatur pignoranti, debet lui ab hærede. l. si tibi homo. in prin. & ibi doc. de leg. j.

Pignus uendi potest propter debitum, & alias accessiones. l. si necessarias. §. cùm pignus. & ibi Bar. ff. de pi. act.

Pignus uendi potest, nisi omnibus hæredibus satisfiat. l. solutum. §. si creditorem. & ibi Bar. ff. de pig. act.

Pignus, quod ex pacto poterat uẽdi per primum creditorem, potest uendi per secundum, qui in locum eius successit. l. Aristo. ff. quæ res pi. obl. pos.

10 Pignus prætoriũ debet uẽdi cum authoritate iudicis. l. ij. & ibi Bald. C. si in causam iud. pig. ca. sit. & si non reperitur emptor, debet adiudicari creditori ex secundo decreto. l. fi. & ibi Bal. eo. ti. l. ordo. C. de execu. rei iudi.

† Pignus prætorium, uel iudiciale, uenditum, non seruato ordine. l. à diuo. §. in uenditione, non rescinditur sine magna læsione. do. Pe. Phi. Cor. in consi. 50. incip. Vltra. per totum. in iij. parte.]

† Pignus

† Pignus conuentionale, uel ex pacto, ut ad subhastationem uendatur, elapso die, quæ solennitates requirantur, uide do. Pet. Philip. Cor. in consil. lxxix. incip. Viso. per totum. in iij. parte.]

Pignus alienatum cum effectu iuxta l. sicut. §. si uoluntate. quib. mod. pig. sol. per debitorem, sciente, & non contradicente creditore, uidetur remitti. l. ij. & ibi Bald. C. de remiss. pi. & l. iiij. §. si in uenditione. ff. qui. mo. pig. sol. secus, si ignorat. l. res pignoris. eo. ti. C. de remis. pi. & Bar. in l. si probaueris. eo. ti. Sed si creditor consentit, pignus liberatur, etiamsi illud postea redimat debitor, quia in hypothecam amplius non recidit. Casus fin. in l. solita. C. eo. ti.

Pignus uenditum cum consensu creditoris, non est amplius obligatum creditori, licet emens pignus animo nouandi promittat soluere pro debitore. l. fi. & ibi Bart. & Bald. C. de remis. pigno.

Pignus totum uendi potest etiam pro parte debiti residua. l. quádiu. & ibi Bal. eo. ti. l. j. & ibi Bal. C. si unus ex plu. hęr. cre. l. si necessarias. §. si unus. ff. de pi. act. & Bal. in l. j. iij. col. C. cōmunia de lega. in uer. item not. el j. Ratio est, quia natura pignoris est indiuidua, secūdū Bal. in d. l. si unus. in l. quádiu.

Pignus non præscribitur. l. nec creditoris. & ibi Bal. in j. no. C. de pigno. act.

Pignus si uéditur à creditore prius, & postea à debitore diuersis personis, quis emptor præferetur. uide Bald. in l. si debitor. C. de distr. pig. ubi reliquit cogitandum.

Pignus per creditorem uendi potest, etiamsi debitor contrarium protestetur, & debitum non offerat. l. ij. & ibi Bald. C. debi. uen. pi. impe. non pos. Item uerum, etiamsi debitor in testamento prohibeat, uel alteri leget. l. j. & ibi Bald. eod. ti. de quo s. uer. Obligatio debiti. uersic. xij. & xxxvj. cum tribus sequen.

Pignus conualescit, quando uenditio de eo facta rescinditur. l. uoluntatis. in prin. & ibi Bar. ff. qui. mo. pig. sol.

Pignora an ueniant in iudicio familiæ erciscúdæ. in l. si pignori. ubi tex. dicit in prin. quòd ueniunt adiudicáda, & nō diuidenda, & latius ibi Bar. ff. fam. ercis.

Pignoris uenditio facta per creditorem sine debita solennitate, an ualeat, si emens uelit supplere iustum precium. glos. & doc. in l. pen. C. si uen. pig. aga. quòd nō, cùm solennitas requisita non fuerit seruata: ut ibi per Bal.

20 Pignoris uenditio impeditur per secundum creditorē offerentem debitum primo. l. fi. & ibi Bal. C. si anti. cred.

Pignoris uenditio facta à creditore nō liberat debitorem, nisi creditor precium receperit. l. quæsitum. in prin. & ibi Bart. ff. de di. pig. & nisi res tradatur emptori. Barto. in l. fi. eod. tit. in j. col. in uer. ex quibus nota.

Pignus an alienetur sine monitione debitoris ex pacto. s. Pactum inter debitorem & credi. uer. xxiij.

Pignus alienatum de consensu creditoris, si re acquiritur postea per debitorem, non reconualescit. l. fin. C. de remis. pig. Alex. in l. stipulatio ista. ix. col. de uer. obl.

Pignus emptum à creditore desinit esse pignus. s. Pignus soluitur. uer. xxviij.

Pignus sibimet uendere creditor nō potest. l. & qui. & ibi Bal. C. de distra. pig.

Pignus non potest uendi, nisi debitor fuerit in mora soluendi. l. cùm soluendo. ff. de distra. pig.

Pignus quando uendi possit post sententiam. glo. in l. fi. C. de execu. rei iud. dicit, quòd statim post tēpus quadrimestre. & ibi Bar. in uer. quæro, intra quantū. si tamē esset pignus prętorium ex diffinitiua, post quadrimestre debent etiam alij duo menses expectari, secundum gl. & Bar. ibidem.

Pignus legatū per debitorem alteri, potest uēdi per creditorē, non obstante testamēto debitoris legantis. Bal. in l. prædia. ad fi. C. de fideic. ubi uide etiā, an tunc in uenditione requiratur citatio legatarij: ubi distinguit. Aut fit ex pacto, aut fit in iudicio. Primo casu non requiritur citatio: secundo casu sic. Rationem diuersitatis uide ibi per eum.

Pignoris emptor sit cautus, ut precium soluat creditori, & faciat sibi cedi iura. Bal. in l. fi. C. de hære. uel actio. uen. in uer. alij autem.

30 Pignus datū cum pacto, quòd nisi debitor ad certam diem soluat debitum, possit uendi, si non sit uenditum, an possit amplius uendi reo debitū offerente, licet post diem. in Spe. de lit. contest. §. j. uer. patet. ibi: item si tibi rem. & Car. in cle. j. §. nos. in fi.

Pignus ne uendatur, appellari non potest. in Spec. de appel. §. ij. uer. octauo, quando res.

Pignoris alienationis materiam supple s. uer. Alienatio. uersi. xxxv. & uersi. lv. & uer. Creditor in pignore. per totum. & j. Venditio.

Pileum dicitur, quod pilos capitis tegat. glo. in clem. ij. in uer. dignitatem. de ui. & ho. cleri.

Philosophi diuitias contemnunt. xij. q. ij. Socrates. cum gl.

Pilus si alicui per iniuriam extrahatur, pœna est decem librarum parti applicandarum, & uiginti applicandarum fisco, si sanguis nō exeat. c. j. §. si quis alium. de pace te. Lud. Pon. in sin. uer. Pilus. uer. extrahens alicui.

Pinguedo uentris arguit grossum sensum. in Spe. de peti. sen. uer. not. igitur. xliiij. dist. §. fi.

Pipinus rex, fuit pater Caroli Magni, qui dedit Bononiā & Romandiolam ecclesiæ Romanæ. in Spec. de rescrip. præsenta. §. ix. uer. item quod obtentum.

Piratæ non possunt creari milites, & priuilegijs non gaudent. Bal. in l. j. in fine. C. qui bo. ce. poss.

* Pirata ab assassino, ut nostri dicunt, qui precio accepto homines interficit, plurimū differt, maioriq; pœna assassinus q̃ pirata est mulctádus: assassinus enim ipso iure est excommunicatus, nō pirata. c. j. de homi. in vj. assassinus in personas sęuit, pirata sine sanguine est contentus: pirata in mari, cuius nemo dominus est, delinquit: assassinus in terra, quæ huic & illi est subiecta. l. deprecatio. ff. ad legē Rhodiam. de iact. Bal. in rub. ff. de rer. di. Ias. in l. ex hoc iur. uer. eo. modo Veneti. ff. de iust. & iur. pirata seipsum plurimis maximisq; periculis exponit, assassinus in portu nauigans inopinátes aggreditur. Fac. ea quę tradit Ang. Are. in §. ex maleficijs. Insti. de actio. & ita concludit, ac respondit summus I. C. And. Alciat. con. xj. in prin. Æmilius Maria Manolessus.

Piratæ æquiparantur hostibus fidei Christianę, & possunt impunè derobari. auth. nauigia. C. de fur. & ibi Bal.

Piratæ sunt ipso iure diffidati. Bal. in d. auth. nauigia.

Piratæ possunt puniri in loco uicino mari, in quo delinquunt. Bar. & doct. in l. insulæ. ff. de iudi. uidelicet intra centū milliaria, secundum Bar. no. in tract. Tyberiadis, ij. parte, de insula. in prin. & s. uer. Iurisdictio. uer. xcvj.

† Piratarum bona, quod à quocunq; capi possint, quando locum habeat, uide do. Bar. Soc. in cō. cclij. incip. *In causa*. uer. præterea & secundo. circa medium. in ij. parte.

Piscator obligatus ex pacto portare ad forum qualibet die duas salmas piscium, tenetur portare plures, si populus augetur. Barto. in l. iij. in fin. C. de murileg. in fin. libro xj.

Pisces nō ueniūt in uenditione fundi uenditi, in quo est piscina. l. Iulianus. §. fi. & l. seq. ff. de act. empti.

Pisces in piscinis nostris possidentur à nobis, non in stagnis, uel lacubus magnis, ut est lacus Perusij. l. licet. & ibi Ang. & Alex. de acqui. pos.

Piscatio est permissa clericis, non uenatio, secundum Cardi. in cle. j. §. porrò. de statu mo.

† Piscari an dominus possit subditis prohibere. Benedi. in repe. c. Raynutius. fo. cxliiij. col. iij. de testa.]

Piscatores nō possunt ignem facere de nocte in littore maris. l. ne piscatores. de incen. rui. nau.

Piscationes in mari nō prohibentur. l. j. §. si quis in mari. & ibi Bart. ff. ne quid in loco pub. aliàs datur actio iniuriarū contra prohibentem. l. actio. §. si quis prohibeat. ff. de iniur.

Piscationes sunt permissę, uel prohibitæ, secundum consuetudinem. l. si quisquam. C. de diuer. & tempora. præscr. Inst. de rer. diuis. §. flumina. Iaco. Aluaro. Paduanus in c. j. quæ sint rega. Barth. Cæp. in l. inter publica. §. j. ff. de uer. sig.

Piscatio in flumine permissa est, quousque dominus loci prohibeat. Io. de Imo. & Alex. in l. iij. §. Nerua. de acq. pos. per l. diuus. de seru. rust. præd.

Piscandi ius potest præscribi. Bal. in l. j. viij. col. C. de eman. li. in uersi. item præscribitur. & est tex. in l. quisquam. ff. de diuer. rescrip.

Pistrinum in domo usufructuaria fieri non potest per usufructuariũ, nisi ex arbitrio iudicis. l. æquissimum. in fi. & ibi Flo. ff. de usufru.

Placet, importat arbitrium boni uiri. l. Thais. §. sororem. ff. de fideicom. liber. l. Lucius. & l. fideicommissaria. eodem titu. Bartol. in l. si sic. in princ. uer. quid de uerbo. ff. de legat. j. & in l. item si unus. §. idem Pomponius. in uersic. breuiter prædicta. ff. de arbi. & in l. si quis arbitratu: de uerbo. obliga. in iij. colum. uer. præterea. & in l. cùm proponas. C. de fideicom. lib. Angel. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edi. & in l. j. §. si plures. de exercito. per Barto. qui tenet idem in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & in l. alio. ff. de ali. & ciba. leg. iiij. colum. in fi. in uersi. item dicitur testator. Adde Bal. in c. j. in fi. per illum tex. de pa. iur. fir. qui uidetur contrariari Bartolo.

Placuit, prolatum à teste, intelligitur, scilicet per pactum, non per stipulationem. l. quæ fortuitis. in fi. cum gl. C. de pig. act. secundum Sali. ibi. & Lud. & Alex. in l. lecta. si cer. pe.

Placitum non potest reuocari. Old. consi. cxlij. in Spe. de arbi. §. viij. uer. displicet. cum concor. ibi allegatis.

Plagium dicitur furtum serui alieni: ut in titul. de plagia. Addo Panorm. in c. j. in xx. col. in uer. item plagium. extrà. de iudi.

Plagium est nomen criminis criminaliter intentandi. Bal. in l. alienum. in fi. C. de furtis.

Planities quæ dicatur. Bar. in tract. Tyberiadis, j. li. uersi. & sic statuta, &c. in iij. charta, ubi loquitur de plano fluminis. & Barth. Cæp. de ser. rust. ti. de ualle.

Plantatio hominis ad pœnam non est permissa de iure. Flori. in l. qui occidit. in princ. ff. ad legem Aquiliam. & s. uerbo, Pœna inualida. uersic. xxiiij. cum seq. & in uer. Pœna corporalis. uersic. xxij. Quod limita, ut ibi dixi post authorem.

Plantatio arboris an sit contra seruitutem altius non tollendi. j. uer. Seruitus altius nõ tollendi. uer. v. quòd non. & in uer. Seruitus perditur. uer. xxxviij.

Planta cedit solo, & pertinet ad emptorem. in Spec. de emp. & uen. §. j. uer. ad euidentiam.

Platea etiam dicitur ædificium plateæ uicinum destructũ. Bar. in l. fi. ff. de loc. & iti. pu. Ang. de Are. in trac. Maleficiorum. uer. in platea communis. & Barth. Cæp. de serui. rust. c. de uia. uide Bar. in l. fi. §. fi. ff. de serui. rust. præd. quod nota pro statutis.

Plateæ communes sunt, in quibus omnes publicè conuersantur, sed priuatæ sunt priuatorum. in clem. ij. §. ab olim. & ibi Car. iij. & iiij. q. de sepul.

Plateæ principiũ dicitur à parte superiori usq; ad duodecimã partem: sed finis plateæ est pars, ubi est cursus aquæ procliuior. Barto. in l. ij. ff. de fur. & Alex. quem etiam uide in l. j. in §. j. in ij. colum. uersi. quod facit ad q. ff. si quis ius di. non ob. & l. nemo. & ibi Bar. & doc. C. de temp. app. Bal. in rub. ff. de rerum diuisio. sed quomodo cognoscam. Ang. Are. ubi s. & j. uer. Principium. uer. j.

Platea communis uendi non potest, nisi prius fiat statutum de uendẽdo. Bar. in l. j. in prin. ff. ne quid in loco pu. Addo Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod ui, aut clàm.

Plateola inter dominum & uasallum quomodo diuidatur. Bald. in c. j. §. si quis de manso. vj. col. de contro. inuest. uersi. quid si quædam. qui dicit, quòd per chordulam debet diuidi, & dimidia uersus dominũ est domini, alia dimidia uersus uasallum est uasalli.

Plebs intelligitur habere curam animarum. Bald. in Marg. uer. Plebs.

Plebanus habet curam animarum clericorum, & laicorũ, quæ sunt intra eius parochiam. Host. & Abb. in c. ad audientiam. j. de eccle. ædifi. & s. Parochia. uer. xij.

Plebanus habet patronatum in capellis. c. ad audientiam. & ibi Innoc. de eccl. ædifi. & Car. in clem. vj. vj. q. de sup. negl. præla. Vnde

Plebs est patrona ratione dotationis, & fundationis capellæ in ea sitæ. Car. ubi s. post Inn. Quod uerum, etiamsi non dotauit: ut s. Ecclesia. uer. ccclxiiij. & seq.

Plebano negligente, an episcopus suppleat. Cardin. ubi suprà, vj. quæst.

Plebanus qualiter formet libellum, & positiones, contra capellas sibi subiectas, uel contra eum, qui gerit se pro rectore alicuius capellæ. in Spec. de offic. or. & de maio. & obe. uer. porrò. & sequen.

† **Plebeius** quis potius præsumit, quàm nobilis, quia in qualitatibus, quæ nobis nõ insunt à natura, qualitas non præsumitur, nisi probetur. do. Barth. Socin. in consi. ccxlvj. incip. Eleganter. uer. circa primum, circa medium. in ij. parte.]

Plenitudo potestatis non debet exerceri in præiudiciũ subditorum. Bald. in l. j. §. cùm autem. in iij. not. C. de cadu. tollen.

Plenitudo non indiget adiectione gratiæ. vj. q. j. omnia. & in Spe. in prooemio. uer. cæterùm.

Plena administratio dicitur libera. Bart. in l. inter bonorum. ff. de administ. tut. & in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Addo Barto. in l. j. in ult. colum. ff. de offic. procu. Cæsa. & in l. procurator, cui libera. ff. de procurat. tex. & ibi per do. Anto. in c. fi. de dilatio.

† Plenum dominiũ dicitur ex proprietate, & usufructu. l. iiij. de usufr. & in l. Mæuius. §. fundo. de leg. ij. l. mater. & ibi Bal. ad Tertu. ubi dicit secus, si dicitur stabili iure.]

† Plenissimum dominium uide Feli. in c. conquestus. de foro competen.]

Plena possessio, id est, naturalis, & ciuilis, & pacifica. Bald. in l. mater. C. ad Tertullianum.

Pleno iure subiectus dicitur quis, quo ad spiritualia, & quo ad temporalia. c. cùm inter. & ibi doc. & Inn. de re iudi. in gl. in uer. pleno iure.

Pleno iure dicitur res mea, scilicet quæ est prohibita alienari. Bal. in l. uoluntas. ij. col. C. de fideicom. uer. nunquid res.

† Pleno iure in omni materia, uide Feli. in c. conquestus. col. j. de foro compe.]

Pleno iure si ponitur in substitutione, facit eam intelligi directam. Bal. in auth. hæc usus. C. de sac. san. eccl. & per Pau. de Castr. consil. cxlviij. aliàs clij. incip. In causa, quæ uertitur.

† Et per Feli. in c. subditis. de præscrip. in ij. col. in fi.] ubi etiam dicit, an excludat Falcidiam, quòd sic: in beneficialibus uerò intelligitur, id est, quo ad spiritualia, & quo ad temporalia. no. Car. in cle. j. in prin. xvj. no. de exces. præla.

Plenè beneficiatus non dicitur, qui non habet possessionẽ beneficij. s. uer. Beneficium. uer. lxxij.

Plenum ius dicitur, quando quis habet ius, & possessionem. Bal. in l. uenditor. §. uenisse. ff. de hær. uel act. uen. & not. in l. si hominem. de rei uendi. & ibi doc.

Plenariè dicitur, ut etiam minima pars non deficiat. gl. in cle. j. de re iudi. ubi plenariè.

Pleno iure si res concedatur à principe, an transferri intelligatur dominium, & possessio. Bal. in c. j. quæ sit inuesti. & c. fi. de noua for. fide. & in prælu. feu. xij. col. & idem Bal. in c. ad audientiam. de præscri. & in l. fi. ff. de consti. princ. & Ang. in l. officium. de rei uen.

Plenum quomodo ponatur. Pau. de Cast. consi. cxxxij. & consil. cxlviij.

Pleno iure quomodo intelligatur. no. in l. Titia. de an. leg. & in c. querelam. de electio.

Plenum arbitrium quomodo intelligatur. s. uer. Arbitrium. uersic. xxv.

Plerumque facit regulam. l. cùm uirum. & ibi gl. Bald. in iij. colum. uersi. deinde not. & doc. C. de fideicõ. & Insti. de legi. patro. tu. §. fi. in l. antepe. de tute. Bar. & Nic. de Nea. in l. j. in prin. ff. de tute. & rationi. distr. Barth. Cæp. in l. j. ff. de uer. signi.

Plerumq;, id est, maximè. l. nec quicquam. §. fin. & ibi Bar. ff. de offi. procon. & legati.

Pluralitas uerificatur in duobus. l. ubi numerus. ff. de testi. l. si gemina. ff. ar. fur. cæsa. & ibi Bart. c. ij. de fil. presb. & in Spe. de inqui. §. j. uer. itẽ crimina. ubi dicit, quòd pluralis locutio contenta est numero duorum. Vnde

Plures, id est, duo. Item plures, & plures, id est, quatuor pluries, id est, bis. Bar. in d. l. si gemina. & Ang. Are. in tract. Maleficiorum, uer. pluribus. & no. d. c. ij. & omnino per Alex. in d. l. si gemina. gl. & Abb. in c. ad nostrã. de reb. eccl. non alie. & Alex. in l. si post tres. si quis cau.

Plures, quandoque uerificatur in tribus uel quatuor. l. cogi. §. item Metianus. ad Treb. c. j. §. quod autem. & ibi Bal. de no. feu. uide gl. & Bal. in l. & si post tres. ff. si quis cau. Addo Angel. in §. & quod sæpe. in auth. de tri. & semiss. De quo per Archi. in c. ij. de fil. presb. in vj. & in c. de Christiano. xxxiiij. dis. per Bal. in l. fidei commissa. §. si quis decem. ff. de leg. iij.

Plurium appellatione uenit totum. l. qui totam. de acq. hære.

Plurimi, id est, tres. gloss. & Angel. in auth. de tri. & semiss. §. & quod sæpe. & Alexan. plenè, in d. l. si gemina. & in l. & si post tres. si quis cau.

Pluralitas facit duas singularitates. l. qui concubinam. §. si Stichus. de leg. iij.

† Pluralitas rerũ, nominum, & locorũ inducit obscuritatem. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. Gl. & Ias. in l. quoties in stipulationibus. ff. de uerb. ob.]

* Pluralis numerus in uno nõnunquã uerificatur, l. iij. §. negocia. ff. de negoc. gest. l. Gallus. §. quid si is. uer. illis cuius. ubi Bald. ff. de li. & posthu. l. diuus. in extr. ff. de pet. hære. hinc si S. P. scribat, ut alicui conferatur beneficium, si pro alijs non scripserit, etiamsi pro uno tantùm scripserit, ei beneficium conferendum non est. Archi. in c. quamuis. il j. de præben. in vj. Bal. in c. mandatum. col. ij. de rescript. hinc si testator alicui absq; liberis decedenti substituerit, substitutus excluditur, si unum tantùm filium reliquerit. l. non est sine liberis. ff. de uerb. signifi. l. j. ubi Bal. C. de condit. inse. & hinc dicatur, Titius, & socij promittunt, si Titius unicum socium habeat, ille tenetur. Illust. Card. Zab. consi. clv. hinc appellatio, quæ coram honestis personis interponenda est, coram uno honesto homine interponi potest. Spe. in tit. de pri. & secũ. decreto. §. iam de effectu. uersi. sed nunquid sufficeret. Abb. in c. pastoralis. §. j. in extre. de offi. ordina. Lud. Roma. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. noui nunc. & hinc cùm S. P. quendam in secreto consistorio Cardinalem de fratrum consensu crasset, ad eumq; pileum, annulum, & benedictionem misisset, mandans ut se pro Cardinale non gereret, donec alios crearet: in prima enim Cardinalium publicatione, eum & Cardinalem promulgaturum, respondit. Iason in term. consi. cxlv. q. ij. nu. lvj. uol. ij. si unum tantùm crearet Cardinalem, & eum promulgare debere. Æmilius Maria Manolessus.

* Pluralis numerus, & in pœnis in uno uerificatur. l. ij. §. sed si unus. ubi Bar. ff. ui bo. raptorũ. ut hinc, & si leges præcedentib. indicijs torquendum dicunt, unum tamen indicium satis est, l. si quis alicui. ubi gl. & Bartol. C. ad l. Iuliam maie. hinc, si falsos testes producentem falsi pœna ius municipale mulctet, pœnam, nõ euitabit, qui unũ tantùm falsum testem produxerit. l. iij. §. negocia. ubi Bar. ff. de neg. gest. l. j. in prin. ubi Bart. & Bald. ff. de procurat. gl. Bal. & Ang. in l. diuus. §. diuus. ff. de petit. hære. Bal. in l. Gallus. §. quid si is. in extr. ff. de lib. & posthu. in c. mandatum. col. ij. de rescript. Cy. in l. j. C. uti possíde. Ang. in l. j. §. prætor. ff. de neg. gest. Pet. Anch. & Imo. in c. relatum. il ij. de testam. Anto. Butr. in c. fi. col. lix. de consuet. gl. & Gemi. in c. si compromissarius. de election. in vj. Albe. in ij. part. Statut. q. xxvj. Ias. consi. cxlv. nu. vj. uol. ij. Æmilius Maria Manolessus.

* Pluralis numerus in fideicõmissis in singularem resoluitur ex mente testatoris, non ex ui uerborum. l. fi. §. filium. ff. de legat. ij. l. Lucius. §. Caio Seio. ff. ad Treb. Alciat. cons. clxiiij. nu. xviij. Æmilius Maria Manolessus.

* Pluralis numerus non resoluitur in singularem, in pactis, & contractib. in quib. à ui uerborum non recedimus. Guliel. Cune. in l. pen. C. de impub. Pau. de Cas. in l. Lucius. §. Caio Seio. ff. ad Treb. Salic. in l. ij. q. xxiiij. C. de iure emphyteut. Alex. consi. xvij. uol. ij. Andr. Alcia. consi. clxiiij. num. xviij. Æmilius Maria Manolessus.

Pluralitas quandoq; resoluitur in singularitates. Bar. in l. falsa. §. fi. ff. de codi. & Bald. in l. quamuis. de impu. & al. subst. & in l. pe. eo. ti. & Card. in cle. j. xxxij. q. de fo. compe. Alex. consil. lxxxiiij. iiij. parte. & Bal. in l. cùm quidam. C. de impube. & alijs subst. in j. no. in pe. col. in uer. dubitatur. Addo Bal. in l. j. in j. col. in uer. & facit ad quæstionem. C. de condi. inser. & Dy. in regu. pluralis locutio. in vj. Bar. in l. si seruus. §. si plurium. in j. colu. ff. si quis cau. & in l. scire debemus. in prin. ff. de uer. ob. & Bal. in l. quamuis. C. de impu. & alijs substi.

v. que Sabes in Soc. §. fin.

* Pluralis numerus in inuestituris feudorum, & emphyteusis resoluitur in singularem: hinc si duo fratres pro se, & suis hæredibus masculis, & masculis nõ extantib. pro fœminis emphyteusim uel feudũ acceperit, altero fratre sine liberis masculis, fœminis tantùm relictis, decesserit, feudum, uel emphyteusis nõ ad alterum fratrem spectat, sed ad fœminas. §. j. de du. fratr. à capita. inuesti. ubi. And. Iser. Aluar. Bald. & alij, Bart. & Alex. in l. si mihi & Titio. ff. de uerb. obli. Bald. in auth. qui rem. C. de sacrosa. eccles. Salic. in l. ij. q. xxiiij. C. de iur. emph. Rap. Fulgo. con. ccxxxij. Alex. con. xvij. co. cciij. uol. ij. cõ. cxix. uol. v. Lud. Ro. con. xix. Cor. cõ. xxiiij. uol. ij. And. Alcia. con. clxxij. nu. xij. Æmilius Maria Manolessus.

* Plura testamenta, dum reperiuntur, & in eorum altero legatum ad pias causas est relictum, nec apparet, quod sit posterius illud, in quo ad pias causas est legatum relictum, posterius confectum, piæ causæ fauore præsumitur. l. j. C. de iure fisc. lib. x. Lud. Roma. in authen. similiter. in xij. priuil. C. ad l. Fal. Iason con. lxj. col. ij. uersi. tertio pro ista. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Pluralitas nec in personis, nec in actibus hominis presumitur. Bald. in l. neque natales. in ij. colum. in uersi. circa hæc. C. de proba. & in l. ij. C. de erro. aduo. & in suo consi. Cùm appareat, &c. & in alio consi. In Dei nomine, amen. quod est uerum, etiam in his, quæ possunt esse unum. Bal. in l. edita. pe. col. C. de eden. per l. Sempronius. de leg. ij. & l. eum, qui. §. in popularibus. de iureiuran. & Pau. de Cast. consi. xxxv. Item nec delictorum. Bald. in l. si duo. §. j. ff. de arbi. per gloss. in l. uulgaris. & Barto. in l. inficiando. §. infans. de fur. & Alexan. plenè in l. is, qui reus. de pub. iudi. Item nec testatoris. l. omnium. C. de testa. in gloss. & Bald. in l. fin. C. de rebus credi. & Alexand. in l. diuus. de custo. re. Item nec nominum legatarij. Bartol. in l. si quis seruum. §. si inter duos. in fi. de leg. ij. & Alex. plenius in l. si in rem. de rei uen. Item nec nominum condemnati: ut si reperitur cõdemnatus. Ioan. Iacobi. Bald. in d. consi. Cùm appareat, &c. Alexand. in d. l. diuus. & consuluit Angel. quòd nominum pluralitas non præsumitur. Item nec pluralitas actuum, uel multiplicatio. Alexand. ibi per text. & ibi Ant. de But. in c. in præsentia. de proba. & Bald. in l. conuenticula. v. colum. de episcopis & cle. & Iaco. But. in l. optimam. C. de contrahen. & com. stip. & not. in c. cùm Ioan. de fide instru. & per Alexand. in consi. cxix. j. parte, cap. in præsentia. & ibi Ant. de Bu. de proba. c. cùm Ioannes. de fide instrumen. & Bald. in l. conuenticula. de epis. & cleric. † *Addo, quòd licet pluralitas factorũ non præsumatur, tamen ratione diuersitatis actuum, personarum, locorum, & temporum præsumitur pluralitas factorum. Soci. j. uol. consi. xxiiij. col. ix.*]

* Pluralitas, ut nostri dicunt, actuum, & personarũ, non præsumitur, nisi probetur: plura enim instrumenta cõfecta, plura testamenta condita, plures sententias latas, plures homines, eiusdẽ ciuitatis, familiæ, ac nominis esse, in facto situm est: quæ autem facti sunt, ea non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. captæ. ff. de captiu. & postlim. reuer. præterea hoc declarat tex. in c. in præsentia. ubi Ant. Butr. col. xxij. de probatio. Bar. in l. si in rem. ff. de rei uẽd. in l. si quis seruũ. §. si inter duos. in extr. ff. de leg. ij. Bal. & Salic. in l. ij. C. de error. aduoca. Bald. in l. neq; natales. col. ij. C. de prob. in l. testium. col. v. C. de testib. Ant. But. in c. ij. col. ij. de libel. oblat. Ias. consi. lxj. post nu. iij. consi. lxij. nu. ij. consi. lxx. nu. ij. con. cxiiij. nu. vj. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Plures loco unius substituti habentur pro uno. Bal. in l. ij. C. de impu. & alijs substi.

10 Pluralitas uinculorum non attenditur, nisi inter fratres & filios fratrum. Pau. de Cast. consi. ccclviij. Item quando agitur de successione patrui. eo. consi.

Pluries contrà fieri non dicitur, quando faciendo fit contrà, non quando omittendo. Bal. in l. j. viij. colu. & C. de his, quæ pœ. no. uer. sed quando dicitur pluries.

Pluralis locutio in testamentis uerificatur etiam in una. Deci. consil. v.

Plurium integrũ est iudiciũ. in Spe. de aduo. §. iij. uer. habito.

Plures plura sciunt, quia facilius inuenitur, quod à pluribus quæritur: & quia melius est esse plures, quàm unum. in d. §. iij. uer. habito. & seq.

Plurium capitulorum confessio non resultat ex confessione unius tantùm. in Spe. de teste. §. ix. uer. pe.

Plura præcepta non dicuntur, sed unum tantùm, quando fiunt circa eandem rem. in Spec. de contu. §. iiij. uer. sed pone, iudex. & s. uerbo, Pœnæ diuersæ. uer. iij.

Plures rationes, & plura iura, & plurium opiniones, faciunt aliquem obtinere. in Spe. de dispu. & alle. §. iij. uer. studeat.

Pluries eodem instanti petitũ, semel uidetur petitum. in Spec. de appel. §. iiij. uer. & debet. Addo bene facere, quod uoluit idem in Sp. in ti. de arbi. §. sequitur de quibusdam. uer. quid si dictum fuit.

Possessio, & quasi possessio reperiūtur, sicut ꝓprietas, & quasi proprietas. gl. sing. in l. ij. ff. de interdic. & Alexan. in l.j. ff. de Publiciana.

Possessio ponitur pro quasi possessione. l. planè. de seruit. l. iij. in prin. ff. de acquir. posses. l. si seruus. §. incorporales. de acqui. re. domi.

Possessio non deducta in libello reali potest articulari, & probari. s. Possessio. el j. uer. xxij.

Possessio præsumitur iusta. Alexand. post Bart. in l. communi. §. inter prædones. ff. communi diuid. & in consil. xxxiij. iiij. parte. Item sine rapina. gl. in c. si duo. de pa. tenen. Quod uerum, nisi quo ad alium, qui probet de antiquiori possessione. Bar. in l. Celsus. de usuc. Ang. in l. super longi. C. de præscrip. longi temp. & Ant. de But. in c. si diligenti. de pręscrip. & Alex. in consi. xxxiiij. iiij. par. ubi dicit uerum, quando requiritur bona fides.

Possessio sine persona non dicitur. Bald. in l. fi. j. col. C. de edic. diui Adri. tol.

Possessio in statuto intelligitur de rebus corporalibus tātùm. ĵ. Statutorum interpretatio. uer. xlviij.

Possidere dicitur ut prædo, qui tacitam fidem accommodat. l. prædonis. & ibi Bar. ff. de peti. hære.

Possessio longa habetur pro ueritate. l. ij. C. de ser. Bal. in l.j. vj. q. C. de testamen.

Possessionis appellatione in rescripto quando cõtineatur ꝓprietas, & econtrà. in Spec. de rescrip. præsenta. §. fi. uer. itẽ quod facit. Et quid in statuto. ĵ. Statuta interpretantur. uer. xlviij. & clxxxiij.

20 Possidere est aliud, quàm esse in possessione. in Spe. de primo & secundo decre. §. iam de effectu. paulo post prin. ibi, quartò, quia habet.

Possessio est aliud, quàm res. l. si duo. §. fi. uti possi. & Alex. in l. stipulatio ista. §. si quis fortè. de uerb. obli.

Possessio est ius. l. peregrè. in prin. & ibi Bart. de acq. pos. l. nemo. eo. ti. l. iiij. de libe. causa.

Possessionem assignans uidetur rem possessam assignare. Bal. in l. iij. C. ne uxor pro ma.

Possideri pro indiuiso dicũtur bona mobilia, & iura, non pro diuiso: secus, in immobilibus. Bald. in l. Pomponius. la ij. de rei uend. nota. in l. arbor. communi diuid.

Possessio longa præsumitur solennis, & cũ titulo. Ang. in l. qui aliena. §. j. de acqui. hær. no. in l. si filius. & ibi Bal. C. de peti. hær. & præsumitur titulo pro suo. Bal. in l. non hoc. C. unde cognati. in ij. col. uersi. item quia quàdiu. ubi etiã dicit, quòd facit præsumi animum possidendi in futurum.

Possessione pignorata intelligitur res pleno iure pignorata. Bal. in l. j. circa prin. C. si pignus pigno. da. sit.

Possessio quando ponitur pro detentione. xij. q. j. c. ij. Abb. in c. causam. de præscrip. & econtrà, ut ibi.

Possessio pacifica rei dicitur, in qua lis non mouetur. c. j. & ibi Abb. de cõfirm. utili. uel inutil. Pau. de Liaz. & Io. de Ligna. in cle. gratiæ. de rescri.

Possessionis turbatæ appellatione quæ ueniat in statuto de turbata possessione. Alex. consi. lxxx. ij. parte.

30 Possessio prior præsumitur in habente priorem titulum. ĵ. Possessionis effectus. uersi. xxxj. & uer. Possessor præfertur. uersi. j. & iij.

Possessionis appellatione in statuto uenit possessio de pręsenti, non præterito. Bal. in l. j. C. de ser. fug. in lec. antiqua.

Possidere bona uel mala fide, est iuris: sed fructus percipere, & sic simpliciter possidere, est facti. Bal. in l. iij. C. de condi. ex lege. uer. quæro, utrum possidere.

Possessio sola, quã habet testator in re, an ueniat in legato rei. Bal. in l. cùm alienam. in j. q. C. de lega. distinguit. Aut testator legauit possessionem: & tunc sufficit nuda traditio. Aut legauit rem: & tunc similiter distinguit, ubi latè per eum.

Possessionis causa mutari non potest. Bart. in l. cùm nemo. C. de acqui. pos. in Spe. de loca. §. vj. uer. xliiij. in fi.

Possidentur corporalia, sed incorporalia quasi possidentur. in Spe. de procurator. §. fi. uer. quid mihi. & in Spec. de act. seu pe. §. ij. & titulo, de proprie. §. j. uer. alię sunt. de resti. spo. §. ij. & iij. de emp. & uen. §. j. uer. usufructus.

Possideri nõ potest libera persona. in Spe. de primo & secũdo decre. §. v. in uer. sed quæ est ratio. circa medium.

Possessionis causa prius agi debet, quàm proprietatis. in Spe. de cau. pos. & propr. in princ.

Possessio præsumitur ex titulo pro suo in corporalibus, & incorporalibus. Bal. in l. ij. §. iiij. C. de dot. ꝓmis. & per eum in l. post sententiam. C. de sent. ubi Bar. & Alex. in l. j. pro suo.

† Possessionis commoda plura enumerat. Bald. post gloss. in tit. de controuer. inter do. & fidelem. Viginti ponit Barbat. suo consil. xxiij. incip. Scripsit. in v. dubio, uol. j. uide Alex. consi. lxxiij. Punctus talis est. in col. fin. in v. uol. & consi. cxlj. eod. uolu.]

Possessionis & proprietatis causa an simul tractetur. ĵ. uerbo, Possessorium. uersic. xxiij. & s. uerbo, Petitorium. uersic. v. Addo latissimè per omnes in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. pos.

40 Possidere dicitur ciuiliter, & de iure: sed tenere dicitur de facto naturaliter. in Spe. de emp. & uend. §. j. uer. ad euidentiam. Item secũdum communem intellectum dicitur de facto tenere. in Spe. de teste. §. vij. uer. hoc quoq;.

Possessio quotuplex est, uide ĵ. per totum. & glos. in l. stipulatio ista. §. hi, qui. de uerbo. oblig. & in l. j. ff. de acquir. pos.

Possessio est triplex, scilicet semiplena, plena, & uacua. gl. Inst. de usu. §. quod aũt. Bal. in auth. defuncto. C. ad Ter. in ij. col. uer. secunda quæstio est. & per Ale. in l. ij. §. j. ff. de act. emp.

Possessio alia est naturalis, alia ciuilis, alia ciuilissima. ut ĵ. eod. in uer. Possessio naturalis, & possessio ciuilis. per totum.

Possessio alia est uisibilis, alia inuisibilis. gl. Instit. de suc. ab in test. §. sui. & Bald. in c. j. in princ. in addi. in ij. col. de contro uer. inuesti.

Possessio alia est conuentionalis, alia iudicialis, alia uiolenta. Host. in c. quoniam. ut lite nõ contest. §. fi. C. de acq. pos. Bal. in Marg. uer. Possessio. uer. ij. Item alia quieta, alia syncera. c. sanctorum. de præscrip.

Possessio alia est uiolenta, alia clandestina, alia precaria uel ficta: ut dicetur ĵ. eo. per discursum.

Possessio plena intelligitur naturalis, & ciuilis, & pacifica. Bald. in l. mater. paulo post princ. C. ad Tertul. Vide Bald. in authen. defuncto. in ij. colum. uer. secunda quæstio est. eo. ti. Item cum fructibus. Bald. in l. pe. in ij. col.

† uer. hæc ratio est falsa. de condi. inser. † Et per Feli. in c. cùm Ioannes. de fide instru. & per Franc. Are. in l. j. de acqui. pos. in xj. colum.]

Possessio libera quæ dicatur. Bar. in l. Mæuios. §. fundo. in ulti. col. uer. sed quęro. ff. de lega. ij. & in l. uim facit. de ui & ui ar.

† per Alex. in l. in conuentionali. §. j. de uerb. obli. † Et per Felin. in d. c. cùm Ioannes.]

Possessio uacua dicitur, quæ à nemine detinetur animo, & corpore. l. ratio. §. j. & ibi Bartol. in j. no. & in l. ij. §. j. ff. de actio. empt. & ibi Alexand. glo. in uersi. uacuam. in fin. C. unde ui. Item arg. in l. si quis fundum. de actio. emp. ubi dicitur, quòd si alteri post uenditur, non dici-

† tur tradi libera. † Et per Felin. in cap. cùm Ioannes. de fide instru.]

Possessio uacua intelligitur, scilicet sine fructibus, nisi à tempore moræ. d. l. ratio. §. j. & ibi Bart. in ij. not. Sed Bal. in l. pe. C. de condi. inser. ij. col. in uers. hæc ratio est falsa. ubi tenet, quòd imò intelligitur cum fructibus. & uide Bart. in l. Mæuius. §. pe. in ul. col. uersi. sed quæro. ff. de leg. ij. & ĵ. eo. uer. v. & per Bar. in l. Celsus. ij. col. de uer. obl.

Possessio licet non sit uacua, nõ tamen impeditur præscriptio. Bar. in l. misso. ff. pro emp.

Possessio uacua tradita quando dicatur. Ange. in l. in conuentionali. §. si quis uacuam. de uer. obli. gl. in l. nõ idcirco. C. de fide instr. & in l. improba. C. de acqui. pos.

Possessio uacua dicitur tribus modis. gl. sing. Instit. de usucap. §. quod autem.

Possessionis uacuæ materiam uide ultra prædicta per Bald. in l. fin. C. de pac. inter emp. & uend. & doct. in c. cùm Ioannes. de fide instr.

Possessio pacifica dicitur, cui nulla infertur molestia. Pau. de Liaz. in cle. gratiæ. de præscri. Ale. in l. in conuentionali. §. j. de uer. obl. arg. c. licet episcopus. de præben. in vj.

Possessio uacua probatur eo, quòd author, uel eius successor, diu, id est arbitrio iudicis possedit. Bal. in l. cùm res. ij. col. C. de proba. & ibi Salic. & Alex. consi. xj. iiij. parte.

Possessio uacua dicitur, etiamsi in re debeatur alteri seruitus, non tamen dicitur libera. Bartol. in d. l. Mæuius. §. fundo. in ulti. colum. in uersic. sed an uideatur. & in d. l. uim facit. & in l. ij. §. uacua. & ibi not. ff. de act. emp. & in l. si quis fundo. eo. tit. & Bartho. Cæp. de serui. ur. cap. xij. & de serui. rust. c. j. gl. in l. fin. C. unde ui. in uer. uacuam. & plenius Alex. in l. ij. §. j. de act. empti.

10 Possessio uacua non requiritur ad acquisitionem dominij, cùm sufficiat etiam detentatio asinina: secus in Publiciana. Bal. in l. si fundũ. ff. de fun. do. Bar. in l. cùm res. C. de proba. & ibi Bal. in iij. opp. & in l. eũ, qui. §. ait prætor. de Publicia. & Alex. in d. l. ij. §. j. & in §. per traditionem. Instit. de re. diui. Io. de Imo. in l. j. §. hæc quæ de seruis. de acqui. pos. & in Spe. de causa pos. & prop. §. nunc uidendum. Bal. in l. qui prędiũ. de distra. pigno. & Alex. in con. x. & seq. iiij. par.

Possessio tradenda debet tradi uacua, id est, ab alio non occupata. d. l. ratio. §. j. & ibi Bar. & in l. ij. de act. emp.

Possessio uacua rei propriæ potest occupari propria authoritate. in Spe. de acto. uer. item quod uult.

Possessio uacua iurisdictionis quæritur in subditos per bannum, etiãsi nemo incidat in ipsum proclama cõtrà faciẽdo. Innoc. in c. dilectus. in gl. in uerbo, Possessorium. j. de capel. mona. Bal. in Marg. uer. Possessio.

† Violen-

† Violentiam passus non solùm potest agere contra eum, qui scienter successit in uitium, ut in c.sæpe. de restitu.spoli. sed etiam interdicto unde ui, contra suum spoliatorem, adeò quòd si spoliator eandem rem transtulerit, nihilominus poterit conueniri, cùm dolo desijt possidere: ut in l.qui restituere. ff. de rei uendi. & in l.j. ff. de alie.mu. iudic. causa fac. imò quod plus, quòd si non dolosè desijsset possidere, nihilominus possit conueniri ad æstimationem rei: ut in l.si ui me deieceris. ff. de ui & ui arma. & in l.j. §.hoc interdicto. eo. tit. Item si primò incœpit conuenire possessorem uitiosum, & ab eo recuperauit possessionem, poterit nihilominus agi contra uiolentum, non ad æstimationem rei, sed cõdictione legis, si quis in tantã. C. unde ui: id est, ad pœnã. & in c.placuit. xvj.q.vj. ut scilicet priuetur dominio illi9 rei, si erat dominus: si autem non erat dominus, condemnetur ad æstimationem: nec una actio tollitur per aliam, quia una est ciuilis ꝑ interesse, alia est pœnalis pro delicto uiolẽtiæ coercẽdæ: ut C. quãdo ciui. ac. cri. præiudi. l.j. facit quod no. Hosti. in c.fi. de rescr. Abb. in d.c.sæpe. in fi. de resti. spolia.

† Possessio licet perdatur per sequestrationem uoluntariam, iuxta no. in c.j. de sequest. pos. & fruc. & Cy. in l.unica. C. de prohi. sequest. & Bart. in l.interesse. ff. de acquir. pos. non tamen perduntur beneficia competentia possidenti tempore sequestrationis: puta quia sibi non incumbat onus petẽdi, seu probandi, aduersario non probante. quod est bene no. Abb. in c.examinata. de iudi. in v.col.

Possessio naturalis dicitur corporalis. Bart. in l.j. in prin. in ul. co. in pe.q. in fi. ff. de acqui. pos.

Possessio naturalis etiam animo retinetur. Bar. in d.l.j. in prin. in pen.q.

Possessio naturalis facit competere interdictum uti possidetis. Bar. in d.l.j. in prin. in ulti. col. in pe.q. dum ponit exemplum de usufructuario.

Possessio naturalis non sufficit ad acquisitionẽ fructuum, sed possessio ciuilis sic. Bar. in l.si fur. alias l.Iulian9. ff. de usufructu. Bar. in l.iij. §.ex cõtrario. in iij. col. in uer. quæro quę possessio. ff. de acq. pos. Bal. in c.j. §.marchio. in j. col. qui feu. da. pos. & uer. scias. Cy. in l.certũ. C. de rei uẽdi. Ale. cõs. xxxiiij. iiij. parte. & in d. §.ex cõtrario. Addo Pau. de Cast. in l.Iulianus. §.ex uẽdito. ff. de act. emp. ubi dicit, quòd possessio naturalis nõ est sufficiens ad acquisitionem fructuum, nõ quo ad accessiones ciuiles, ut sunt pensiones, & similes.

Possessio naturalis remanet apud donatorem usufructuarium, id est, qui reseruauit sibi usumfructũ, cùm ciuilis possessio transeat in donatarium. glo. in uer. credatur. in l.quisquis. C. de dona. Quod uerum, si possidebat, secundũ Ange. ibi. Item, nisi ad præiudicium tertij: ut ĩ. uer. Possessio transit. uersi. xl.

Possessio naturalis non transfertur per constitutionem precarij, nisi fiat instrumentum in facie fundi uenditi, sed ciuilis tantùm. Bart. in l.j. C. de acquir. pos. & Abb. in c.ij. in iiij. col. in glo. ul. de consue. Bar. in l.prędia. in ij. oppo. ff. de acq. pos. & Abb. in c.ij. de consue. & infrà, Possessio transfertur. uersi. xxxix.

Possessio naturalis, & corporalis, requiritur in institutione de beneficio. c.cùm Bertoldus. & ibi doc. de re iud. gl. in c.authoritate. de institu. in c.ex ore. de his quæ fi. à maio. par. ca. c.per tuas. de dona. & Abb. in d.c.ij. in iiij. col. in uer. exemplum primum. de quo etiam per Ioan. Andr. in c.transmissa. de elect.

Possessio naturalis uenit appellatione possessionis. s̃. eo. uerbo primo, uer. iij.

Possessio naturalis dicitur esse apud emphyteutam. Bar. in l.si ut certo. §.si duobus. in ul. uer. ff. cõmo. Addo glo. & ibi Bar. in l.iij. §.ex contrario. in iiij. col. in fi. ff. de acq. pos. Bal. in l.j. C. cõmu. de usuca. in Spe. de emp. & uen. §.j. uer. ad euidentiam. paulo post prin. & ea non est ciuilis, ut ibi. & de loca. §. vj. uersi. xlvj. not. in l.sciendum. §.possessor. ff. qui satisd. cog. & per Alex. plenè in l.iij. §.ex contrario. de acquir. pos.

10 Possessio naturalis dicitur apud fructuarium, non conductorem, nec colonum. ĩ. uer. Possessio apud quos. uers. xxiij. & ĩ. uer. Vsufructuarius possidet. uer. j.

Possessionis naturalis materiam supple infrà, uer. se. per discursum.

Possessio naturalis non sufficit in præscriptione. Bart. in l.j. in prin. in vj. col. ff. de acq. pos. Addo Bar. melius & latius in l.j. & iij. §.econtrario. in j. col. uersi. quæro, quæ est possessio. & ibidẽ uide latissimè per do. Alex. in decima col. vj. cum seq.

* Illustriss. Card. Parisi. consil. cxiij. nu. 26. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Possessio naturalis transfertur ex locatione ad longum tempus. gl. in l.si quis ante. de acq. pos. & in l.iij. §.ex contrario. eo. ti. Alex. consi. j. iiij. parte.

Possessio naturalis non dicitur de nouo acquiri per habẽtem possessionem ciuilem in concedentẽ, sed continuari. ĩ. Possessio continuatur. uer. x.

* Possessionem naturalem sua ipsius ac propria authoritate recuperare non potest is, qui etiam ciuilem amisit. l. clàm possidere. §.qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. Ay. Crau. cõsi. v. nu. 9. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Possessio ciuilis dicitur, quæ animo retinetur, secũdum doct. & debet probari per possessorem. Bal. in l.pe. C. si à non compe. iud. in ij. col. uer. modò quæro.

† Possessio ciuilis qualiter amittatur. Felin. in c.uigilanti. col. antepe. de præscrip.]

* Possessionem ciuilem amittit qui cognouit aliquem naturalem possessionẽ inuasisse, nec eam statim recuperare cõtendit. l.quamuis. l.si de eo. §.si fortè. ff. de acq. pos. Bart. in l.j. §.interdictum. ff. uti possider. Pau. Cast. con. x. col. ij. uol. j. Ay. Crau. con. v. nu. 9. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Possessio ciuilis sufficit ad acquisitionem fructuũ. s̃. uer. Possessio naturalis. in uer. iiij.

Possessio ciuilis transfertur in donatariũ ex retentione usufructus. s̃. uer. præcedenti. uer. v.

Possessio ciuilis transfertur per clausulam precarij. s̃. uer. pręced. uer. vj. Addo Bart. in l.creditores. in rẽpet. in vj. col. uer. prædicta uera. C. de pig.

Possessio ciuilis, quæ animo retinetur, præsumitur durare decẽm annis tantùm: quia ultra præsumitur obliuio. l.factum. §.fundi. de usuc. Alexand. in l.Celsus. eod. tit post Mathesil. in fin. cxv. & ideo etiam medio tempore probanda est præscrip. triginta annorum.

Possessio, etiam ciuilis, dicitur esse apud detinentem. gloss. in c.causam. de præscrip. glos. & Alexand. & docto. in l.iij. §.ex contrario. de acquiren. pos. ubi Ioan. de Imo. & Alex. contra Ludo. ibi dicunt statutum de detinẽtibus habere locum in

† eo, qui ciuiliter possidet. † Et per Felin. in d.cap. causam. in vj. colum.]

Possessio ciuilis an debeat restitui, quando cõstat de nouo iure. Inn. in c.constitutus. de fil. presby. ubi distinguit.

Possessio ciuilis dicitur esse apud dominũ rei, uel quasi dominum, uel quando res à nullo possidetur, non aliter. Bal. in c.j. uer. marchio. qui feud. dare pos. in ij. col. in prin.

Possessio ciuilis quomodò probetur. Bald. in l.solam. iiij.q. C. de testi. in l. fi. in prin. melius in viij.q. C. de edi. di. Adri. tol. & in l.j. xxiiij. col. C. de confes. & in l.j. C. cõmunia de usuca. Bar. & doc. in l.stipulatio. §.hoc quoq;. de uer. obli. quòd per actus tali possessioni congruos.

10 Possessio ciuilis præsumitur ex naturali. Bal. in l.j. ul. col. C. de seru. fugit. ibi, nam ex naturali.

Possessio ciuilis uera requiritur in præscribente. Bal. in d.l.j. in ult. col. C. de ser. fug. in uer. sequitur nunc utilis quæstio. Io. de Imo. & Abb. Sicul. in c.causam quę. in uer. secundò colligo. de præscrip. & Dy. in regula, sine possessione. lib. vj. Bar. in l.j. in prin. uersi. quæro, quæ est possessio. ff. de acquir. pos. quod ciuilis non sufficit. & ĩ. uerbo, Præscriptio quomodò. uersic. xxxv. & per Alexand. in §.ex contrario. de acqui. pos.

† Vide domi. Bartho. Socin. in consi. xlvij. incipien. In primo. uersic. postremo. in j. parte. & Franc. Aret. in l.iij. §.Labeo. de acquiren. posses. & Dyn. in reg. sine possessione. de regul. iur. in vj.]

* Possessio ciuilis præscriptionem inducit. glo. & Doct. in c. sine possessione. de regul. iur. in vj. in c.causam quæ. de præscriptio. Doct. in l.iij. §.econtrariò. ff. de acquiren. posses. Illustriss. Card. Parisi. consi. cxiij. nu. 25. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Possessio ciuilis facit possessorem dici continuare, non de nouo quærere possessionẽ, quam uacantem occupat. Sicul in c.cum

c.cùm uenissent.in ij.colum.uersic.ultimò potest colligi.de resti.spol.

Possessio ciuilis causat usucapionē. glo.& Bar. in l.si ut certo. §.si duobus.in fi.ff.commodati.

Possessio ciuilis est causa dominij acquirendi. in Spe.de emp. & uen.§.j uer.ad euidentiam.paulo post prin.

Possessio ciuilis dicitur ficta. Lud.& Alex.in l.iij.§.ex contrario.ff.de acqui.pos.

Possessio ciuilissima dicitur, quæ ex dispositione statuti transfertur in hæredem, quando statutum dicit, quòd possessio transferatur in hæredem sine apprehensione.Bald.in l.fi.in iij.col. uersi.unum tamen non est omittendum.C.de sacrosan.eccle.per c.ij.de consue.& Bald.in l.j.iij.col.in uer.sed alij dicunt.C.si plu.una sen.Ludo.Pon.in l.j.ubi etiam Alex.ff.de acqui.pos.per l.raptores.C.de epi.& cle.l.quisquis.& l.si quis ex argentarijs. & l.& si quidem. C. de dona.Ang.in l.j.ff.de dist.pig.& ibi Alex.& Ang. & Ioan. de Imo.in l.qui uniuersas.§.j.ff.de acqui.pos.Bald.in l.licet.in j.col.& ibi Ang.C.de acqui.pos. Cy.in l.ea lege. C.de cō. di.ob causam.& in l.traditionibus. C.de pac. Pau.de Castr. in l.seruum.de rei uend. & in l.si sorori. de iure deli.sed Bal. in l.j. C.cōmunia de le.circa prin. in uer.sed nūquid eo modo. dicit possessionē non trāsferri per statutum sine corporali apprehensione. Quod etiā tenet Pau.de Cast.cōsi.xxxj. Ang.in l.si uacātia.in lec. de bō.uacan.lib.x. dicit quòd trāsfertur possessio sine titulo ex forma statuti sic disponentis. & per Alex.in l.cùm hæredes.de acqui.pos.

Possessio ciuilissima translata per dispositionē statuti non dicitur tertia species possessionis de per se.doct.ubi s.

Possessio ciuilissima per statutum translata dicitur ficta,& nō tribuit interdictum recuperandæ. Bal.in auth.defuncto.in ij.col.in fi. uer.non tamen credas.C.ad Tertul.

Possessio ciuilissima inducta per instrumenta,appellatur artificiosa.Bal.in rub.extrà,de cau.pos.& propri.& Alex.in d.l.j.de acquir.pos.v.charta.

Possessio uera dicitur, quæ acquiritur per traditionem rei corporalem:ut j.eo. & Bal.in l.j. in prin. C. communia de legatis.

Possessio uera dicitur etiam ea, quæ quæritur ex precario,scilicet quando quis constituit se nomine alterius possidere, licet tunc traditio ficta sit, & non uera.Idem tenet Barto.& Alex.in l.j.in prin.de acqui.poss.pe.col.

Possessio uera quęritur etiam ex ficta traditione. Quod est uerum,etiā per procuratorē.Bart.fin.in l.ab emptione.in fi.ff. de pac. & in l. si is qui pro emptore. pe.char.de usuc.in uer. uenio ad secundum.Bar.in l.certè.§.j.ad fi.ff.de preca.

Possessio uera ciuilis requiritur in præscribente. s. Possessio ciuilis.in uer.ix.

Possessio præsumitur uera, & non abusiua,id est,nomine proprio,nō alieno.Inn.in c.cùm olim. el ij. de priui l.Archi.xvj. q.j.pontifices.no.in c.fi.ut lite pen.in vj. per Io.And.in Nouella.Bal.in l.executorem.x.col. C.de execu.rei iudi.

Possessio uera quæritur ex beneficio. l.fi. C.de edi.diui Adria. tol.Bal.ibi in vj.oppo.

Possessio resultans ex patientia an dicatur uera, uel ficta. Bal. in prelu.feu.in col.ul.uer.sed illud quęritur,quòd uera. Addo Bal. in l.executorem. in xj.col.in uer. & no.quòd in istā. ubi dicit, quòd quādo præcedit titulus sequens, & patiētia, habet pro traditione,si annus labatur:si uerò possessio præcederet,& titulus sequatur,statim habetur pro traditione.

Possessio ficta per procuratorem acquiri potest. Bal.in l.j.§.ne autē. in fi. C.de cadu.tol. Bart.in l.certè. §.j.ff.de preca. & in l. si is,qui pro emptore.in antepe.col.in uer.quid dicemus.ff.de usucap. ut quando quis cōfitetur se possidere pro procuratore meo,quia mihi quæritur possessio.& per Alex.in l.j.in prin.de acq.pos.in pe.col.

† Possessio ficta nō parit interdictum reintegrandæ, sed adipiscendæ tantùm.Alex.j.uol. consil.xxxvij.col.iij.in princ. ubi loquitur de statuto disponēte, quòd possessio defuncti continetur in hæredem.]

Possessio simulata præsumitur, quæ acquiritur lite pendente, uel quæ de omnibus bonis est acquisita.Bal.in l.executorē. x.col.C.de execu.rei iudi.Item quæ transfertur ex cōtractu simulato.Bar.in l.emptor.ff.de aqua plu.arcen.

Possessio ficta dicitur ciuilis.s.Possessio ciuilis.uer.ultimò.

Possessio precaria ad quid prosit emptori, uel uenditori.glo. & doct. in l.Iulianus. §.ex uendito.ff.de actio.emp.

Possessio precaria an sit uitiosa uitio reali. Bartol.in l.Pomponius. §.cùm quis. uersic.quæro,an possessio. & in §.si is,qui precario.in j.oppo. ff.de acqui.pos. ubi concludit, quòd nō est uitiosa,donec durat uoluntas,sed ea finita sic. Addo Cy. in l.uitia.C.de acqui.pos.& per do. Alex.in d.§.cùm quis.in pe.col.Et quæ dicatur.gl.& Bart.in l.j.unde ui.melius in l.j. C.uti possid.& ibi gl.in uer.precario.

Possessionis precariæ materiam uide j. uerbo, Precaria. per totum.

Possessio clandestina quando dicatur.gl.& Bar.in l.j. C. uti possi.in iij.col.in uer.uenio ad aliam gl. uidelicet, si iui ad nundinas, & tu ingrediens possessionem meam clàm me absente acquiris naturalē. De quo latè per omnes in l.clàm possidere. §.qui ad nundinas. ff.de acquir. pos. Et si inuaditur, habet locum l.si quis in tātam. unde ui. gl & Bar.in d.l.j.in iij.col.

* Possessio clandestina est,cùm quis absente domino possessionem occupauit.l.clàm possidere. in prin. ff.de acquiren. posses.Illustriss.Card.Parisi.consi.cvij.nu.37.uol.j.Æmilius Maria Manolessus.

Possessio clandestina,& iniusta,nihil operatur in his,quę sunt iuris.Bald.in l.j.vj.q.C.de testa.circa medium. & Inno.in c. nihil.de electio.

Possessio clandestina præsumitur ea, quæ est posterior, nisi durauerit longissimo tempore, uel longo,arbitrio boni uiri,uel nisi cum titulo,uel alijs coniecturis quæsita sit,si iudici uideatur,secundum Abb.Sicul.in c.si diligenti.in iiij.col. uer.aduerte autem.de præscrip.Vide Pau.de Cast.consil.v. & j.uer.Possessor præfertur.Vide Bal.in l.non ignorabit.C. ad exhiben.in uer.si uerò.

Possessio uiolenta non potest confirmari per priuilegium superioris.l. iij. & ibi Bartol. & Bald. C. unde ui.

Possessio uiolenta, uel furtiua, nemini patrocinatur in onere probandi.Bal.in l.namque. C.de lib.causa.in fi.& l.uis eius. & ibi Bal.in fi. C. de proba.quòd possessor uiolentus nō releuatur ab onere probādi.& tenet Bar.in l.circa.ff.de prob. & in d.l.uis.uide j.in uer.Possessionis effectus.uer.ij.

† Possessio uiolenta, uel aliter uitiosa, an & quanto tempore præscribatur. uide Lanfr.in rubr.de causa pos.& proprie.in ulti.linea,iij.col.uer.hæc omnia.]

Possideo à te ui,id est,uiolēter tibi abstuli. in Spe.de resti.spo. in fine principij.

Possessionis uiolentę materiam supple j.Possessio occupatur. per totum.

* Possessio uitiosa est, quam quis propria authoritate acquisiuit.l.si ex stipulatione. ff.de acqui.posses.l.improba. C. eo. c.pastoralis.de priuilegi. c.placuit.xvj.q.vij. Oldra.consi.j. uol.ij. Ay.Crau.consil.cxxxiiij. nu.23.uol.j. Æmilius Maria Manolessus.

Possessio momētanea an patiatur appellationem.s.uerbo,Appellatio à sententia possessorij.uersi.j.& per Spec.in tit.de libel.concep. §.nunc uidendum est.uersi. xxvj.ubi tenet,quòd sic.Et an reconuentionem.j.Possessorium.uer.xxxiij.quòd non.

Possessionis momentaneæ iudicium potest exerceri per quālibet personam.in Spe. de acto.uer.& quid.

Possessionis momentaneæ causa an requirat libellum.Spe.de libel.concep. §.nunc uidendum est.uers.xxvj. sed solùm loquitur,an appelletur.

Possessio iurium non dicitur,sed quasi possessio.in Specul.de resti.spol.§.ij.per totum. & ideo.in uersic.seq.propone uerbū,Quasi.& s.Possessio.el j.uersi.xxxv. & in Spe.de emp. & uen. §.j.uer.sed si usufructus condēnatus.de causa pos.& propri. c.cum ecclesia. Car.in cle.j. xj.q. ut lite pend.

† Possessio propriè non cadit in iuribus : ut est textus, & ibi glo.in uerbo,Incorporalia.in l.iij. in prin. ff.de acqui.pos.& in l.sequitur.§.si uiam.ff.de usucap. Et nota,quia est magna utilitas,dicere, quòd possessio propriè nō cadat in iuribus: ut ibi

ut ibi per glo. tamen in iure sunt multi textus, qui utuntur uerbo, Possessio, in materia iurium: ut in l.j.in fine.cum gl. ff.de seruitu.& aqua.& in l.fi.de itiner.actuque priua.& tex. in c.olim.el iij.& ibi Panor.de restitu.spolia.Et dicit Panor. in c.fi.in notab.de iudi.quod agēs ad aliquod ius, possit dicere se esse in possessione: quia exponitur, id est, quasi. De quo per Felin.in procemio Decret.col.ij. allegat Bald. in c. quanto.de iudic.

*[Possessio, uel quasi possessio iure seruitutum non acquiritur, nisi per annum uel saltem per xxx. dies iure uel seruitute sit usus.l.j.§.hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priu. Ay. Cra.con.cxxiiij.nu.1.uol.j.Æmilius Maria Manolessus.

*Possessio, uel quasi seruitutis utendi aqua, acquirit eo ipso, quo quis uel semel ea est usus. Bar.in l.j.§.hoc interdicto. ff. de itin.actuq; priu.Alex.con.cxlij.col.j.uol.j.Ay.Cra.consi. cxxiiij.nu.1.uol.j.Aemilius Maria Manolessus.

Possessio iuris episcopalis per quos actus quæratur.Item,

Possessio iurisdictionis quomodo quæratur, alio possidente. Bald.in l.ij.C.de serui.x.col. uer.sed pone.& uer.sed quæritur.distinguit in c.conquerente.de offi.ordi.

Possessio imperij quomodo acquiratur. Bald. ubi s̄. uer.iuxta prædicta.

Possessio canonicatus quomodo acquiratur.Bal.ubi s̄.uer.super secundo.quod per stallum in choro.Item,

Possessio iuris eligendi quomodo acquiratur. Bald.ubi suprà, quòd per electionem etiam unicam, etiam non confirmatam. Contra tenet in cap.j.§.si uerò uasallus.in j.no.quid sit inuest.quòd per duas, uel per unicam tantùm cōfirmatam. & j̄.eo.uer.xxiiij. & per gl.& doc.in c.cùm ecclesia.de causa

† pos.& propri. † Vide omnino Decium consil.cxxix.col.j.& ij.in fine.cum sequen.]

† Possessio iuris per specialem procuratorem acquiritur, nō per negociorū gestorem, nisi dominus ratum habuerit intra tempus, intra quod potuisset possessionem nancisci. ita do. de Rota decis.ccxc.in nouis.per tex.in l.iij.ff.de acquir. pos.& notatur in c.accedens.de præben.

Possessio præbendæ quomodo acquiratur. Bal. ubi s̄.xij. col. uer.super tertio puncto. & Rota in deci.cclxxix. petēti,&c. uide Inno.in c.in literis. de restitu.spolia. maximè in iij.col. magna.uer.ultimus autem.

Possessio iurium,uel dignitatum,qualiter perdatur.Bal.in l.ij. in xiiij.col.magna.uer.nunc de quarta.C.de seruitut.

Possessio obedientiæ quæritur per obedientiam in faciendo, non in omittendo Bald.in l.liberti.j.colum.C.de oper.libe. & in d.l.ij.xv.colum.uersic.sed quærit,an per obedientiam. & Bald.in l.ij. in pen.q.C.ne uxor pro marito.C.de serui.& Inno.in c.olim.el iij.ad fi.de restitu.spol.Item per præceptū si spontanea obedientia sequatur.Bal.in c.j.in prin.in v.col. quid sit inuest.in addi.quæ incip.itē no.& in l.iij.C.ne uxor pro marito.

10 Possessio officij probatur per actus officio competētes; sed non officiū.glo.in c.in Genesi.de elec. & j̄.eo.in uer.Possessio probatur.in uer.xlvj.

Possessio iurium non perditur ab ignorante: quia non admittitur sine animo,uel corporali expulsione. Flor.in l.si sic cōstituta.ff.quemadmodum ser.amit.

† Possessio iurium incorporalium qualiter acquiratur, uide Bald.in tract.Præscrip. in ij.parte, iiij.partis. princi.colum. xxiij. uersi.octauo iuxta præmissa. Et quos effectus operetur quasi possessio in incorporalibus, uide Bart.in l.j. §.hoc interdicto.ff.de itinere actuq; priua.& in l.penul.ff.de aqua quoti.& æstiua.

Possessio seruitutis releuat ab onere probandi de dominio fundi.Bald.in l.eam,quæ.in fin. C.de lib.causa.in l.cùm res. in fi.C.de proba.& in addi.Spe.de arbi.uer.sed quid si compromittitur causa.Pau.de Cast.aliter loquitur in rubri.ff.de

† serui. † Dic,quòd quasi possessio seruitutis non acquiritur, nisi à tempore prohibitionis cum patientia: ut uoluit Bart. in l.si prius. in vij.oppo. in ij.parte, ff. de noui oper.nuncia. quem sequitur Alex.consi.clxxiiij. in ij.uol.& Feli.in c.cùm accessissent. in fi. de constitu. & sufficit unicus actus prohibitionis in quasi possessione seruitutis negatiuæ: sed in affirmatiuis secus. Vide Bart.in l.j.§.hoc interdicto.ff.de itin. actuq; priua. Ang.& Ias.in §.æquè.Instit.de actio. glo.j.uer. circa istam partem. Vide Ias.in l.si prius. col.vij.in fi.ubi dicitur,quòd etiā patientia coacta,& quæ prēstatur ex officio iudicis, inducit quasi possessionē in his iurib. incorporalibus.gl.& Fl.in l.sicuti.§.Aristo.ff.si ser.uen.ubi etiā dicit,q.

Possessio seruitutis bona fide releuat ab onere probādi seruitutem.Flo.ubi s̄.Item,

† Possessio seruitutis quomodo quæratur,retineatur, & perdatur,uide Alberi.de Rosate in l.si prius.in vij.oppo.Bar.ff. de noui oper.nuncia.]

Possessio officij cùm de iure probanda sit per instrumentum uel literas,non releuat ab onere probandi.Bal.in l.j.vj.q.C. de testamen.Item,

Possessio iuris, in qua quis est, facit quòd non debeat quis probare de iure suo.Bald.in l.solennibus. C.de fide instr. & uide Bald.in l.si qua per calumniam. de episc.& cler. & Bar. in l.magis. §.j. ff.de reb.eorum. & in Spec.de proba.§.j.uer. uerum.& uer.fin.& omnino per Alex.in l.si prius.iij.charta, de oper.no.nunciat.

† Possessio, aut quasi, seruitutis realis, non releuat ab onere probandi seruitutem.uide Ias.in l.si prius.col.xij. ff.de noui oper.nunc. post Bart.ibi in ij.oppo.iij.parte. & idem Bar.in l.& hæredibus.C.de seruitu. Pau.in rub.de seruitu.ti.generali.ubi pulchrè.

Possessio generalis iurisdictionis, quæ territorio, & uniuersitati cohæret,non acquiritur eo, quòd singuli de uniuersitate confiteantur se subditos, & iurent fidelitatem, nisi collegialiter hoc faciant. Inn.in c.dilectus.in gl.in uerbo,Possessorium.de capel.mo.& Bal.in Mar.uer.Possessio.

Possessio iuris canoniæ, uel præbendæ,non acquiritur per procuratorem, sine mandato speciali, nec negociorum gestorum,nisi dominus ratum habuerit intra tempus,intra quod potuisset possessionem acquirere. Rota in decisi.ccxciij.ad recipiendum,&c.in nouis.

Possessio iuris patronatus ecclesiæ facit possessorem præsumi patronum,ut si probet,quod pluries prēsentauit,& cursum temporis.Abb.in c.querelam.de elec.

Possessio iurium quæritur cum consensu, uel patientia primi possessoris,non aliter. Bal.in l.j.pe.col. C.de serui.post Inn. in c.ij.de resti.in integ. in gl.mag.& Bald.in l.ij.iij.q.ad fi.de seruitu.post gl.ibi.ubi etiā dicit nō dici pati eum,qui nescit, & ideo requiritur scientia.

20 Possessio iuris spiritualis,ut prælaturæ,an transferatur per traditionē clauium.doct.& But.in c.fi.xij.col. de causa possessio.& propriet.

Possessor decimarum in aliena diœcesi condemnatur, nisi doceat de titulo.Bal.in l.uis eius.in fi. C.de proba. c.si ad decimas.de restit.spo.li.vj.

Possessio iuris eligēdi, uel alterius iuris potest statim lata sententia occupari, maximè si iudex in sententia illud adiudicauit:secus,in possessione rei corporalis.Flor.in l.seruitutes. in fi.prin. ff.de ser.ur.prædi. Inn.in c.cùm nostris. in pe.col. in uers.imò plus uidetur.de concess.præb.uide Bal.in Marg. uer.Possessio.uer.ix. & sic solo titulo quæritur possessio incorporalis.& j̄.eo.uer.xxiiij.

Possessio iuris perditur animo, statim quod turbatus, quam primùm potest,non agit cōtra turbantem. infrà, Turbatus. uersic.pen.

Possessio iuris eligendi perditur per solam patientiam, quòd alius eligat,quando subditi habent pro electo eum, qui est electus à non habente ius eligendi, non si semel omittat eligere, & alius pro eo non eligat. Flor. in l. si constituta. ff. quemad.serui.ami. Inno.in c.querelam.de elec.in j.col.magna,uer.sed quid dices.circa medium.

Possessio paternitatis, filiationis, & matrimonij, & sponsaliorum reperitur. Bald.in l.non epistolis. C.de proba.in ij.col. uer.quæro nunquid.cum uer.seq.

Possessio matrimonij per uerba narratiua non probatur, nisi constet de titulo, id est, quòd matrimonium fuerit contractum per uerba de præsenti. Bald. in d. l.non epistolis.in d.ult.col.uer.sed nunquid.& j̄.in uerbo,Possessio probatur. uersic.xlix.

Possessio in incorporalibus,ut iurisdictionis,quæritur ex sola concessione.Bald.in Mar.uer.Possessio.uer.ix.Idem in spiritualibus.j̄.Spiritualia.uer.ix.

Posses-

Possessio imperij quæritur etiam sine apprehensione. Bal. ibi. uersic. vij.

Possessio ecclesiæ quomodo perdatur. j. uerbo, Possessio perditur. uer. xxv.

Possessio ecclesiæ, & aliarũ rerum censetur continuata, donec quis expellatur, uel alius occupet, & ipsa suspicatur se posse repelli. Inn. in c. sæpe. de resti. spo. in uer. & sunt hîc notáda. & j. in uer. Possessio continuatur. uer. pe.

Possessio ecclesiæ non probat dominium. Bald. in Marga. uer. matrimonium. & quomodo acquiratur. j. uer. Possessio acquiritur. uer. xlij.

Possidere ecclesiam non dicitur is, cui debentur fructus uacationis pro primo anno, sed prælatus eius. Ioan. Andr. in c. si propter. de rescriptis. & Flo. in l. si quis ita. de usufru.

Possessio corporalis requiritur in institutione de beneficio ecclesiastico. c. cùm Bertoldus. & ibi doct. de re iud. glo. in uerbo, Instituatur. in c. authoritate. de insti. in c. ex ore. & in glo. in uer. & si mandatum. de his, quæ fi. à maio. par. ca. & c. per tuas. in uer. possessionem. de dona. Quod limita uerum, nisi institutio fieret in præsentia beneficij, & nullus alius esset in possessione illius: quia tunc per solam inuestituram transfertur possessio corporalis. Ita Panor. in d. c. authoritate. in ulti. col. ar. l. quòd meo. ff. de acqui. pos. uide j. in uer. Possessio transfertur. in uer. xxxiiij.

Possessio ecclesiæ non dicitur quæsita per eum, qui intrat ecclesiam, cuius campanile per aliũ detinetur. s. Clericus beneficiatus. uer. xxvij.

Possessio beneficij impetrati debet tradi per executorem ad id deputatum, non autem per ordinarium collatorem. Bal. in l. si seruus. C. de fideicom. liber.

† Possessio diuturna beneficij quid operetur. uide Felin. in c. sicut. de re iudi. in xv. colum. in uersic. cæterùm ne prædicta. ubi etiam declaratur regula cancellariæ de triẽnali possessione.]

Possessio prælaturæ, & rerum ecclesiæ, an uacet, mortuo prælato, & apud quem sit. Innoc. in c. ex parte. de arbit. in j. colum. magna. uersic. sed opponet. quòd sic. & s. uerbo, Mors. uersi. lxix.

Possessio ecclesiæ uacantis non acquiritur sine scientia superioris, ad quem spectat collatio. Bal. in l. ij. vj. col. C. de serui. in uer. item nota regulam.

Possessio canonicatus, uel præbendæ, quomodo acquiratur. s. uer. Possessio iurium. uer. vij. & Rota in decis. cclxxix. petenti. in nouis.

Possessio sine titulo an sufficiat in beneficialibus. in cap. contingit. de dolo & contuma. in ca. olim. de rescrip. glo. in ca. licet. de præbend. in vj. in uersic. uocato. per illum tex. quòd non.

† Possessionis inductio beneficij acceptati per executorem, uim collationis habere censetur. Ita in Rota decisi. ccccxlj. in nouis.]

Possessio ecclesiæ an dicatur uacare mortuo prælato. j. eod. in uerbo, Possessio uacans. uer. ij.

Possessio beneficij, etiam uacans, non debet ab alio occupari. Inno. in c. in præsentia. de prob. in j. col. magna. in uer. item præbendæ. & Bal. in Marg. uer. Possessio.

Possessio beneficij pacifica, uel pacificè adepta, non dicitur, si fructus eius ad tempus alteri debentur. Car. in cle. si plures. j. q. de præben. per c. si tibi. eo. tit. in vj.

Possessio in spiritualibus non præsumitur canonica, nisi probetur. Cardi. in clem. j. xiij. q. de decimis. c. ex frequentibus. de insti.

Possessio ecclesiæ, etiam ex titulo iniusto, prodest, ne possessor non citatus eijciatur. c. licet. ij. cum gl. de præben. in vj.

Possessio uacans non dicitur hæreditate iacente. Bal. in l. fin. j. col. C. de edic. di. Adri. tol. ibi tamen merè, & omnino uacat possessio.

Possessio non dicitur uacare, mortuo prælato, quia uniuersalis ecclesia, & Christus dicuntur possidere. Barto. & Pau. de Cast. in l. j. §. municeps. in fi. ff. de acq. pos. & Bar. in l. sicut. §. j. ad fi. ff. quod cuiuscunque uniuer. nomi. per Inno. in c. cùm super. de cau. pos. & proprie prope fi. Bald. in d. l. fi. j. col. in uer. idẽ in rebus ecclesiarum. & in Marg. uer. Mortuo. Inn. in c. ex parte. de arbi. in j. col. mag. in fi. uer. sed opponet. Addo Inno. in c. in præsentia. in j. col. magna. uersi. in præbendis tamen. de proba. & Bal. in l. non minus. ff. de hære. insti.

Possessio non uacat soluto ecclesiastico collegio: secus in collegio laicorum. Bar. in d. l. sicut. §. j. ad fin. & in d. l. j. §. municeps. ad fin.

Possessio uacans potest per dominum occupari. Innoc. in c. in præsentia. paulo post prin. de proba. Bal. in l. fi. v. q. uer. sextò opponẽdo. C. de edic. di. Adri. tol. l. cùm quærebatur. C. unde ui. & ibi Bar. Bal. in l. licet. C. de ser. pi. dato manu. nisi sit apud curatorem bonorũ, uel inquilinum. Bal. in d. l. fi. v. q. in d. uersi. sextò opponendo. in fi.

Possessio uacans prodest domino: & si nõ est uacans, prodest bonæ fidei possessori. Inn. in c. Cumana. de elect. in gl. in uer. protestatione. & Bal. in Mar. uer. Possessio. uer. iiij.

Possessionem uacantem occupans quomodo puniatur. in Sp. de resti. spo. §. j. in fi. in prin. uer. octauum est.

Possessio apud quos sit, uel non, uide j. eod. & j. uer. Possessio transfertur. uer. Possessio quæritur. & j. uer. Possessor. per totum.

Possidere non dicitur tutor, nec detinere. Bart. in l. j. in prin. in pe. col. de acqui. pos.

† Possideri an & quando, & ex quibus causis quis dicatur iure proprio, uel iure familiaritatis: uide do. Bartho. Socin. in consi. cxxxj. incip. In præsenti. per totum. in j. parte. & uide j. eo. in uer. xxv. & uide eum in consil. lxj. incip. In præsenti. uer. & ex quibus præmissis. & uer. secũdò probatur ea parte, ubi ponit, quòd possidere iure proprio ille præsumitur, ad quem res spectat, & habet titulum: nec quod simul detinet, utputa frater, filius, uxor, maritus, uel alius propinquus, cùm isti præsumantur iure familiaritatis & propinquitatis detinere, non iure proprio.]

Possessio apud quem sit, quando unus possidet naturaliter, & tertius ingreditur. Bar. in l. j. in ul. col. in uersi. ultimo. quærit gl. C. uti pos. dicit, quòd apud tertium. Item,

Possessio an dicatur esse apud proprietarium. Bald. in c. j. uer. marchio. qui feu. da. pos. in j. col. in uersi. extrà quæro, quòd nõ. & ibi assignat plures rationes. An apud superficiarium. j. Superficies. uer. vj. quòd sic.

Possessio rerum ecclesiæ mortuo prælato apud quem sit. s. eo. in uer. Possessio uacans. uer. ij.

Possessio naturalis est apud donantem, retento usufructu. s. Possessio naturalis. in uersi. v.

Possidere ecclesiam quis dicatur. suprà, Possessio ecclesiæ. uersicu. iiij.

Possessio ciuilis apud quos sit. s. uerbo, Possessio ciuilis. in uersic. vj.

Possidere dicitur ut prædo, qui tacitam fidem accommodat. l. prædonis. & ibi Bar. ff. de peti. hære.

10 Possessio furis, & domini furtum passi, dicitur eadẽ. Bal. in l. si abducta. C. de fur. in ij. col. in uer. secundò quæritur.

Possessio apud emphyteutam existens quæ sit. Dic quòd naturalis: ut s. Possessio naturalis. uersi. ix.

Possessionem nactus fungitur per consuetudinem, qui non est possessor. Innoc. in c. cùm super. de cau. pos. & propriet. paulo post princi. & in c. ij. de consue. & Bald. in Marg. uer. Possessio. uer. viij.

Possessio patris dicitur possessio filij, & econtrà. Bald. in l. ij. in fi. C. de legi. hære. per l. fin. C. de usufru. contra no. in l. sciendum per Bar. & doc. & Alex. ff. qui satis. cog.

Possidere nihil dicitur is, qui ab alio possidet. in Spec. de actore. uer. sed quid si spoliatus. & de feu. §. quoniam. uersi. xix.

Possessio non est apud duos insolidum. l. si ut certo. §. si duobus. ff. commodati. cum gl. & in Spec. de resti. spol. §. j. uersi. item circa.

Possessio esse dicitur apud missum ex pri. & sec. decre. Et an ex causa iudicati. uer. Missus. uer. vj. & viij. Vide in Spe. de pri. & sec. decre. §. fi. in uer. sed utrum missus. iũcto uer. sed cùm in personali. & uer. si uerò agitur.

Possessio naturalis bonorum ecclesiæ dicitur esse apud prælatum nomine suo, sed nomine ecclesiæ dicitur esse ciuilis, & naturalis. Bal. in l. ij. xv. colum. uer. iuxta hoc quæritur. C. de seruitu. Flo. in l. seruitutes. v. col. ff. eo. ti. dicit, quòd naturalis tantùm est apud eum.

Possessio an esse dicatur apud missum in possessionẽ ex causa iudica-

iudicati. glo.& Bart.in l.à diuo.§. si super rebus. in.j.col.ad fi.quòd non.de re iudi.Addo Bald. qui tenet contrarium in l.cùm notissimi.in prin.in ij.col.uer.item excipe.C.de præscrip.trigin.ann.& s̄.Missus.uersi.viij.

Possessio pignoris dicitur esse apud creditorem. Bal.in l.cùm notissimi.ij.col. uer. item excipe.de præscrip.trig.ann. & s̄. Creditor in pignore.uersi.cxix.Addo Bar.in d.l.à diuo Pio. §.si super.in ij.col.in prin.uide l.sciendum.§.creditori.& ibi doct. & Alexan. qui satis.cog. & melius per eum.in l.j.§.per suum.de acq.pos.

20 Possidere dicitur uidua, cui relicta est habitatio in domo.j̄. Vidua.uersi.xxv.

Possidere an dicatur uxor. infrà, Vxor possidet.uersic.j.quòd sic,& ibi per totum.

Possidere an dicatur usurarius.infrà uerbo, Vsurarius.uer.ij. quòd sic.

Possidere an dicatur sequester.j̄.uer. Sequestrum.uer.lviij.

Possessio an sit apud hæreditatem iacentem. s̄. Hæreditas iacens. uersi.iiij.

Possessio non dicitur esse apud eum, qui possidet iure familiaritatis.l.qui iure. & ibi Bart. & l. sequen. & l. generaliter. de acqui.pos.

Possessio non dicitur esse apud filium cohabitantem in domo patris cū matre, uel fructuantē fundum matris cū ea. doct. & Alex.post Bar.in l.qui iure.de acqui.hære. sed poss.apud cohæredes pro indiuiso stantes, quamuis unus tantùm administret,& fructet.doct.ibidem. non autem apud simul cū uiro possidentem res uiri, uel quæ uiri esse præsumuntur: ut ibi per Alex.plenè.

Possessio apud usumfructuarium est naturalis, non ciuilis.in Spe.de locato.§.j.uer.illud.& plenius j̄.uer. Vsufructuarius possidet.uersi.j.

Possessio dicitur esse apud eum, cuius nomine possidetur. in Spe.de emp.& uen.§.j.super uer.constitui possidere. & inf. precaria.uersi.xxj.& xxxv.

Possessio non dicitur esse apud colonum. suprà uerbo, Colonus. uersi.ix.

Possessio apud conductorem naturalis esse dicitur. s̄. uerbo, Conductor.uersi.xxxj.

Possessio acquiritur modis incertis, & per personas incertas. infrà uerbo, Possessio transfertur. per totum.

Possessio quęritur per actum corporalem, non sine.sed dominium quæritur ipso iure. l.licet. C. de acquir.pos.l.possidere.& l.quemadmodum. & l.cùm hæredes.ff.eod.tit. Ang.in l.si uacantia.v.opp. C.de bo.uac.lib.x.& j̄.eod.proxi.uersic. & l.traditionibus.C.de pactis.

Possessio non quæritur ipso iure per oblationem precij, licet dominium sic.Bart.in l.cum duobus.§.fin.ff.pro socio.& in l.commissa.ff.de publi.l.fi.C.de sacrosan.eccle. & j̄. in uerb. Possessio transfertur.in uersi.iij.

† Possessio per actum fictum quęritur. do.Bart.Soc.in consi. cxlvij.incip.Visa.uer.j.& circa medium.j.parte.]

Possessio potius acquiritur, etiamsi in angulo tantùm ingrediatur.in Spe.de pri.& sec. decre.§.v.l.iij.in princ.de acqui. pos.& Pau. de Cast.in consi. clxxvij.aliàs clxxxj.quod inci. In causa mota.& consi.xcvij.quod incipit, Visis allegationibus. ubi dicit uerum, nisi residuum fundi sit occupatum ab alio. Item per Alex. plenè, in d.l.iij.in pri.& in l.quod meo. §.si dum in alio.post glo. de acqui.pos.

Possessio domus hæreditariæ per hæredem apprehensæ sufficit pro omnibus rebus hæreditarijs domi existentib. Bar. in l.de his.C.de fur.in j.q.

Possessio sub conditione quæritur existente conditione. Inn. in c.cùm olim.de restitu.spolia.in gl.uer.domum. Item sub modo.Inn.in c.inter cætera.de præben.

Possessio castri cum pertinentijs empti quomodo quæratur. & capiatur. Bart. in l.iij.in pri.ff.de acqui.pos.in ult.colum. uersi.quæro,aliquis emit.ubi concludit,quòd si quis uendit castrum,id est locum, in quo est ædificatum cum illis ædificijs: & tunc accipiendo possessionem unius partis,dicitur accepisse possessionem totius. An autem dicatur adipisci possessionem iurisdictionis, dicit quòd si emo ab eo,qui est in possessione iurisdictionis, & tunc agendo unum actum iurisdictionis illo uolente,acquiro possessionem totius.

Possessio seruitutis quæritur per usum triginta dierū.l.j. §.ij. & ibi Bart. & Alex. ff.de iti. actuq; priua.& Flo.in l.seruitutes.xviij.col.ff.de seruitu.

Possessio non quæritur de nouo intranti animo continuandi, qui putabat eam sibi prius traditam, cùm reuerà non fuerit tradita.gloss.no.in l.iij.in prin.ff. de acqui.pos.quam.ibi reprobat Bart. & doct. & ibi per Alexan. qui etiam tenet in l. dies.de dam.infecto.

10 Possessio iuris, uel ecclesiæ, uel iurisdictionis,uel dignitatis,uel præbendæ, uel canonicatus, quomodo acquiratur. s̄.uer. Possessio iurium.in uersic.ij.cum quatuor uer. seq.& uer. Possessio ecclesiæ.uer.x.& xj.

Possessio uniuersitati qualiter acquiratur, uide Bald. consilio cccxx.incip. Permittendum.iij.uol. Corn. consi. xlvj. iiij. col.iij. uol.& cōsi. cxlviij.col. fi.j.uol. Cuma.cōsi.clviij. col ij. circa finē. & seq.pulchra uerba Bar.in l.sicut. in fine.post gloss.ff.quod cuiusq; uniuer.nomi. Refert,& sequitur Curtius consi.lxxvj.incip. Super motiuis. col.fi. post medium. & latè ponit Decius consi. ccxxj.col.iij]

Possessio seruitutis quomodo quæratur.suprà uerb.Possessio iurium. uersi.xij. & uersi.xix.& infrà uerb.Seruitus constituitur.uer.xiij.

Possessio obedientiæ quomodo quæratur. s̄. uerb. Possessio iurium.uersi.ix.

Possessio quæsita contra unum non nocet alteri. Baldus in l.ij.xj.col.magna. C.de seruit. & aqua.in uersic.sed quid de personis.

Possessio futurorum non quæritur emptori omnium bonorum præsentium,& futurorum, pro quo precario possidet uenditor ex concessione precarij iam facta. Bald.in rubric. C. de contrahen. emp. quæst. xxj. nisi ea mente fiat precarium, ut ipsum faceret possessorem, secundum Bald. ibid. & omnino per Alex. post doct. in l.iij. §. incertum.ff. de acqui.pos.quod sic.

Possessio acquiritur prohibenti per non fieri:secus,si non prohibeat: quia tunc per non fieri nulli possessio acquiritur. Bald.in l.liberti.j. col.in uersic. sed certè etiam. C. de oper. liber.per l.ij.C.de seruitu.

Possessionis acquisitio inducitur per animum retinendi possessionem.Bart.in l.quod uulgo.ff.pro emptore.

Possessio acquiritur per missionem in possessionem, si usus postea sequatur.Flor.in l.quoties uia.ff.de serui.

Possessio acquiritur per sigillationem.j̄.eod. uerbo, Possessio probatur.uer.xxiiij.& j̄.uerb. Sigillatio.uer.v.

Possessio acquiritur solo uisu, quando res est in præsentia, & uacua,& tradens possidet. Card.in cle.j.§.porrò.de hæreti. & plenius per Bart.& Alex.in l.j.in prin.ff.de acqui.pos.ubi doct.ubi etiam dicit secus esse in tutore,procuratore,& curatore, qui per aspectum rei ostensæ non transferunt possessionem in alium, secundum Bart.ibi & doct. & in l.j. §.si iusserim. per Alex.

20 Possessio quæritur etiam per unicum actum perfectum. j̄. uerb. Quasi.uersi.iij.

Possessio quæritur per appositionem custodis. l.quarundam. & ibi doct. & Alexand. de acqui. pos. & Alexand.in l. iij.in princ.eod.tit.

Possessio an quæratur per unum actum tantùm, ut sufficiat, quo ad omnes actus.Bar.& Alex.in l.j.§.si quis.de iti.actuq; pri.& s̄.uer. Iurisdictio.uer.clxxiiij.cum tribus seq.

† Possessio acquiritur, & inducitur per perceptionem pensionis.Fel.in c.cùm Bertoldus.col.xiij. de re iudicata.]

Possessio thesauri acquiritur per apprehensionem. j̄. Thesaurus.uersi.vj.

Possessio acquiritur domino,si uenditor uendens procuratori constituit se precario nomine procuratoris possidere. Bart.in l.si is,qui pro emptore.pen.col.de usuca. Alex.in l.j. in prin.de acq.pos.

Possessio,& dominium non quęritur absenti per negotiorum gestorem.c.accedens. & ibi Abb.in fi.de præben.

Possessio quæritur etiam ex causa nulla,uel iniusta.l.j. §.si uir. ubi Barto.& omnes. ff. de acquir.pos.secundum Bart.in l.si quis.C.loca.paulo post prin.

Procurator potest constitui per patrem legitimum filij administratorem. Bart. in l. neque. col. j. uer. ulterius oppo. C. de procu. & s̃. Pater administrator. uer. xxxix. & ĩ. Procurator quando. uer. iij. Non tamen in causa spirituali, uel beneficiali, uel alia requirente speciale mandatum. Car. in cle. j. in vj. q. de procura. in Specul. de commun. perso. uer. item quod est causa spiritualis. & uer. quid ergo. Sed quomodo agat. in Spec. de libel. concep. §. iam nunc uidendũ. uer. illud autẽ.

Procurator non potest constitui per tutorem ad petendũ interponi decretũ à iudice super alienatione rei minoris. Casus est fin. secundum secundam lec. communiter approbatã in l. minorũ. C. de prędi. mi. & Lud. in fin. uer. Procurator. uer.

uer.utrum possit constitui. Item potest constitui ad gerendum tutelam cum decreto iudicis, si tutor est in dignitate. uel infirmus, uel patrimonium pupilli amplum. Bart.in d.l. decreto.in princ.

Procurator an possit constitui per testem cum speciali mandato ad iurandum pro eo.j.uer.Testis deponit.uersi.ccvj.in fi. & s̄.Iuramentum quibus.uer.vj.ubi plenè.

Procurator an possit constitui per ecclesiam parochialem sine consensu episcopi.suprà,uer.Ecclesia.uersi.ccclxvij.

Procurator potest constitui per filiumfa.in casibus, in quibus potest per se agere.in Spe.de actore,in v.char.uer.licet auté. & seq.& de procu.§.ij.in uer.item ꝙ constituens est filius.

Procurator non fit ab uniuersitate, quæ non est domina. in Spec.de his,qui alie.no.in iudi.interue.

Procurator an sit mittendus à reo infirmo.in Spe. de procu.§. ij.uer.sed nunquid reus.quòd non,nisi in casu:ut ibi ꝑ eum.

Procurator debet mitti ab eo,qui de facili potest. s̄. eo. uersic. proximo.

30 Procuratorem debet mittere absfuturus.in Specu.de citati. §.iiij.uer.item hoc ordine.

Procurator an & quando possit constitui per executorem testamenti.in Spec.de instru.edi.§.nunc uerò aliqua. uer. sed nunquid ante lit.conte.& s̄.Executor testamenti quis dari. uersic.50.

Procurator quando constituatur, uel non, uide j.eod. per totum.

Procurator ante litis contestationem & pòst constitui potest. in Spec.de his,qui alie. no. in iudi. inter.uer.syndicus uerò.

† Vide do.Alex.de Imo.in con.lxxxvj.in iij.col.in ij.parte.]

Procurator etiam ante litem contestatam constitui potest per patrem, tanquam legitimum administratorem filij. Andr. Zaffi. in consi. In quæstione, qua quæritur,an hoc modo agens pater,&c.not.per alios, ut s̄. uer. Coniuncta persona. uer.xiiij.& seq.† Vide do.Alex.de Imo.in consi.clxxxiij. in iiij.col. in ij.parte,ubi ponit per quos possit ante litis contestationem constitui procurator.]

Procurator ante litis contestationem non potest constitui per tutorem,uel curatorem,sed pòst. in Spec. de actore ab uniuersi.in prin.prope fi.uer.item constituitur. Item secus per prælatum.Card.in cle.fi.in prin.de procu.ubi plenius, in j. oppo.& Inn.in c.edoceri.de rescrip.& Alex.in l.j.ff.de ꝑcu.

Procurator qualiter constituatur,uide infrà eo. per totum. & supple s̄. uer. Mandatum qualiter. per totum. Et hoc uide de potestate procuratoris. & supple in Spec.de procur.§.ratione autem formæ.per totum.

Procurator debet constitui secundum naturam causæ:aliàs dicitur insufficiens.c.ij.de procur. Bald. in l.falsus.j.col.C.de furtis.Item,

Procurator tacens cùm constituitur,præsumitur contradicere,& dicitur inuitus,& mandatũ non acceptare,nisi sit coniuncta persona, uel magnus amicus, uel nisi esset procurator cõstitutus apud acta.Bal.in l.inuitus. ij.col.in uer.ut ergo clarius intelligamus.C.de procu. & Lanfran. in tractatu de Arbi. j.parte, v. col. & in l. quæ dotis.solu.matri.& infrà uer.Taciturnitas.uersic. xiiij. Contrarium no.in l.si defunctus.ff.de procur.Cardin.in cle.j.iij.oppo.eodem titu.dicit, quòd per acceptationem literarum uel instrumenti mandati, non dicitur acceptari mandatum,nisi aliud fiat.

Procurator simpliciter datus,intelligitur scilicet ad agendum, & defendendum. Bart.in l.quod dicitur.in princ.in ult. no. ff. de tutel.

Procurator contra Titium ad certam causam, & omnes alias, intelligitur,scilicet contra eundem Titium nõ contra alios, nisi sit dictum.Bar.in d.l.quod dicitur. Adde Card.in clem. ij.xv.q.de procur.& s̄.Mandatum extenditur.uersic. xxij.

Procurator etiam ad certam diem constitui potest. Bart.in l.j. §.fi.uer.quæro,dicitur hìc.ff. de procu. ubi ponit, an possit post diem prosequi causam cœptã ante diem. & distinguit. & in Spec.de defen.uer.quid si defensor.Item,

Procurator ad causas constitutus simpliciter intelligitur,scilicet ad præsentes tantùm,non ad futuras.gl.Bar.& doct.in l. damni.§.si is,qui uicinas.uer.quærit gl.ff.de dam.infec.& in l.si actor.per doct.& Pet. de Sun. C. de appel. & ibi Bald. in uer.quid de procu.qui tenet contrà.Vide etiam Dy. & Bar. in l.omniũ.ff.de procur.ubi uide omnino in j.q. Idem tenet. Bart.in l.iij.§.fi.& in l.quod dicitur.ff. de tutel. Contrarium tenet Specu.in tit.de procu.uer.sed quid si procuratoriũ.in §.ratione autem formę.& infrà eod.uer.xxvj.cum seq.Vide Card.in cle.j.v.q. de procu. quòd etiam ad futuras. & Alex. in l.more.de iur.om.iud.& Ro.in deci.ccccxvij.fuit dubitatum,&c.in nouis.quod admittitur etiã ad causas pòst exortas.Idem tenet in deci.clj.commissio impetrata, &c. in nouis.ubi dicitur uerum,si uerba non repugnent.Dy.tenet primam opi.nisi connexa sint futura præsentibus: ut tenet in d.l.quod dicitur.& Bal.in addi.Spec.de procu.uers. procurator constitutus ad causas.Adde dictũ Bart.in l.illud.Aliàs est in l. item eorum. §. sed si ita. quod cuiusque uni. nom.& per Alex.in d.§.si is,qui.quòd arbitrium datum super actionibus,intelligitur scilicet super præsentibus.Et subdit,ꝙ actor uniuersitatis ad futuras lites non potest dari, sed actor priuati sic,per no.in l.neque.C.de procur.Sed Bald in addi. Spec.de his, qui ali.no.dicit, syndicum etiam ad lites futuras constitui posse: ut ibi uer. ij. Consensus uerò patris in tali causa,& in alijs, non intelligitur de futuris, nisi dictum sit.Bald.in l.fi.§.necessitatem.vij.col.uer.quid si pater ita dixit.C.de bon.quæ lib.Addo ad princi. materiam huius uer. s̄. in uer. Mandatum extenditur. uer. xv. & uer.xxvj. Delegatio non ad omnes, non extenditur ad futuras. §. delegatio.uersic.lxxvij.

Procurator dari non potest,nisi causa cognita in his,in quibus uertitur utilitas publica.Bar.in l.non cogendum. §. qui ita. ff.de procura.

Procurator ad agendum tantùm potest constitui,& intelligitur etiam ad defendendum: sed non ut procurator, sed ut defensor potest suscipere defensionem:nec repellitur exceptione, quòd non sit procurator, quando sponte comparet ad defendendum:& si interpellatus defendere, non defendat,potest remoueri.Bar.post glo.no.in l.mutus.§. pœna.ff. de procu.Et intellige in procuratore actoris,nõ rei,ut ibi.& omnino per Lud.& Alex.in l.j. si quis ius di. non ob. & Ludo.in fin.uer.Procurator constitutus.Bal. in addi.Spec.de appel.uer.Procurator cõstitutus.el primo.dicit procuratorem ad defendendũ non posse agere,nec econtrà, nisi in duplicibus iudicijs.Vide Bart.in l.seruum.§. ait prætor.uer.& per istum tex.ff.de procura.& j.Procurator agit. uersi. xvij.

† Procuratorem non dat tutor,seu curator ante litem contestatam,sed actorem cum decreto iudicis:ut in l.neque tutoris. C.de procura.& Insti.de cura.in fi.Neq; procurator constitutus ad agendum potest deputare alium procuratorem ante litem contestatam: & quilibet beneficiatus potest constituere procuratorem ad agendũ à principio sine alterius superioris authoritate,uel licentia.Abb.in d.c.petitio.]

† Procurator habens generale mandatum,seu potestatem generalem,non potest facere, quæ requirunt speciale mandatum:ut in c.qui ad agendum.de procura.lib. vj. & ideo non potest transigere,nec alienare.Secus si detur potestas generalis cum libera. Abb. in c. petitio. & ibi de procu. per quæ uerba datur libera & plena potestas.in c.dilecti.de iud.& in c.intelleximus.eo.tit.Limita hoc per gl.iũcta theorica. Bar. in l.nulli.ff.de transac.& Abb.in c.contingit.eo.tit.]

† Si aliquis constitutus sub nomine syndici,actoris, procuratoris,& negociorum gestoris non tenetur ad petitionem aduersarij eligere alterum ex illis:quia satis est,quòd ex tenore instrumentum appareat,quod dominus, seu constitutus uoluit sibi dare potestatem agendi & respondendi: unde censendus est syndicus,seu procurator, secundũ materiam subiectam contentam in instrumento. Vnde dicunt docto. quòd si quis constituit procuratorem ad litem contestandum, & ut in consecutiuis constitueret alium procuratorẽ, quòd poterit procurator per se totam litem agere, considerata potius intentione, quam uerba:nam uoluit ipsum præferre alijs, unde per illam clausulã uoluit eam exonerare, ut non teneretur per se prosequi Ab.in d.c.petitio.de procu.]

† Si ego sum creditor Titij in centum, & adueniente tempore solutionis, constituo procuratorem, ut petat ista centũ, procurator petit,non exhibito mandato, nec requisito an habeat mandatum: debitor dicit se non habere pecunias, nec posse præstare debitum.procurator protestatur se uelle accipere

accipere ista centum ad usuras, ex quo interest sua, & domini, habere illa: nunquid talis dicatur constitutus in mora, & teneatur soluere sortem, & usuras. Vide Bartol. in l. si quis inficiatus. ff. depo. & Bald. in rub. C. eo. ubi refert Bart. in d. l. si quis inficiatus. & dicit, quòd si petit illa centum, & est protestatus extra iudicium, debet exhibere mandatum ad hoc, ut consequatur accessiones, & usuras: sed si in iudicio petit, & protestatus est, etiam mandato non exhibito, constituitur in mora. Et ratio diuersitatis est, quia non est præsumptio, quòd ille adiuiisset iudicem obrependo ei. arg. l. si quis obrepserit. ff. de fal. refert do. Barba. in cap. ex parte decani. de rescript.]

† Procurator si incidit inter latrones, dum iret pro facto domini, & ab eis fuerit spoliatus, uel in uia fuit infirmitate oppressus, nunquid possit huiusmodi damna, seu expensas factas imputare domino. Abb. in d. c. cùm pro causa. facit tex. in l. inter causas. §. nō omnia. ff. mandati. uide quod uoluit Spec. in tit. de iudi. in §. illud. & do. Anto. in c. significante. de pigno. Inno. in c. sicut. de iureiur. Bald. in c. j. de testi. & in l. j. ff. si quis testa. liber iuss. fue. Bald. in l. qui contra. C. de ince. nup. Fede. de Se. consi. cxiiij. quē refert Abb. in c. proposuisti. de fo. compe. uide no. in c. breui. de iureiur. & Host. in c. cùm clamor. de testi.]

† Procurator constitutus ad agendum, appellandum & prosequendum, compellitur prosequi, si appellet. Ita do. de Rota, decis. cxlvij. in nouis.]

† Procurator datus cum potestate substituendi, reuocandi, & reassumendi, licet totalem potestatem in substitutum transferat, potest tamen quandoque reassumere procurationis onus. Ita in Rota, decis. clxxxiiij. in nouis.]

† Procurator mandatum habens ad opponendum crimina, & defectus, potest illa opponere, quamuis in procuratorio specificata non fuerit. Ita in Rota decis. ccliij. in nouis]

† Procurator in prima instantia substitutus, non potest per collegam procuratorem in secunda instantia reuocari. Ita in Rota, decis. clxvj. in nouis.]

† Procurator administrator potius dicitur prælatus, quàm dominus rerum ecclesiasticarum: sed propriè prælatus non est procurator. nam prælatus debet habere dignitatem, uel potest latius disponere de rebus eccle. quàm procurator. De quo uide bonam glo. v. q. iij. in c. fi. & xij. q. j. duo sunt genera. & in c. præsenti. de offic. ordi. lib. vj. sed dicitur procurator in eo, quòd habet procurare utilitatem ecclesiæ: non autem disponit ad libitū, ut dominus Abb. in c. ij. de dona.]

† Procurator rei, quantumcunq; constet de mandato, debet semper cauere de iudicato soluendo, nisi dominus fideiusserit pro eo sub hypotheca bonorum suorum. & ita seruatur: ut in cle. prima, de procur. & quod ibi not. & in §. si uerum. Instit. de satisda. Et hoc casu sufficit, quòd procurator potest soluere id, super quo conuenitur, utputa quia agitur ad quantitatē pecuniæ: sed ubi non posset soluere, ut quando agitur super re possessa à domino, tunc contra illam cautionem debet præstare cautionem de ratihabitione. Et quæ est ratio diuersitatis inter procuratorem actoris & rei, uide per Abb. in c. mandato. de procura.]

† Procurator constitutus uidetur constitutus ad ea facienda, quæ sunt de consuetudine. Feli. in c. cùm M. in ij. col. uer. & hinc est. de consti.]

10 Procurator ut nō teneatur defendere, qualiter protestetur. Card. post glo. in cle. j. q. xij. de procur.

Procurator ad excipiendum non potest exceptiones probare: sed

Procurator ad agendum potest totam causam expedire. Bal. in addi. Spec. in tit. de procu. §. procurator constitutus solùm.

Procurator ad litem contestandam potest prosequi usque ad sententiam, nisi sit in mandato dictio taxatiua. Cyn. in l. si procurator ad unam. ff. de procura. & Ioan. de Prat. in l. ad rem eo. tit. & Spec. eo. tit. §. ratione autem formæ. uer. quid si dedi. ubi plenè.

Procurator ad agendū constitutus intelligitur, scilicet ad litē per sententiam terminandā. l. qui procuratorem. & ibi Bar. in princ. ff. de procur. & potest omnia facere in processu: ut ibi. & Bal. in addi. Spe. eo. ti. uer. Procurator cōstitutus solū.

Procurator ad defendendum datus potest agere. Bal. in l. non prohibentur. in prin. C. qui accusare non pos. Sed contrarium probatur in c. constitutus. de procur. secundum Io. de P. in l. mutus. §. pœna. ff. de procura. & supra eo. uersic. ix. & infra, Procurator agit. uersic. xvij.

Procurator ad renunciandum beneficium ecclesiasticum, debet constitui cum consensu capituli ecclesiæ, cui fienda est renunciatio, si capitulum habet. Car. in cle. j. ij. oppo. de renun. Item debet constitui spontè, & liberè. Car. ibi. iiij. q.

Procurator potest constitui ad causam unam, & ad causas plures. cle. j. & ibi Card. de procu.

† Procurator, qui confitetur inuitus per uiam contentiosæ iurisdictionis, ut respondendo positionibus, præiudicat domino, sicut & præiudicaret sententia. ff. de procurat. l. Plautius. & l. non solùm. §. j. eo. tit. Et idem in confessione procuratoris, quæ surgit ex contumacia, non respondendo positionibus: ut est tex. in c. ij. de confes. li. vj. Et præiudicat talis confessio uera, seu ficta, procuratoris, & non habet instar donationis, cùm fiat in inuitum ad subeundum iudiciū in his, in quibus habet mandatum. Et idem in tutore, uel curatore, ut distinguatur, an confiteatur uoluntariè, uel contentiosè. Secus in confessione facta per pupillum cum authoritate tutoris: nam etiam uoluntaria ualet: nota Bart. in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confess. Abb. in d. c. j. in vij. col. uer. si confitetur.]

† Procuratoris confessionem potest dominus reuocare, sicut propriam, probando errorem: ut in c. fi. de confes. & in l. error. C. de iur. & fac. igno. Cy. in l. j. C. de confes. Procuratoris tamen confessio non est tantæ efficaciæ, quantæ propria est: quia per propriam confessionem mihi præiudicatur in alio iudicio: quia non possum uenire contra id, quod dilucida uoce protestatus sum, etiamsi agatur ad alium effectum. no. Inno. in c. ij. de or. cog. in c. per inquisitionē. de ele. quod non procedit in confessione procuratoris, quæ non debet extendi ad aliam causam. no. Spec. in tit. de confes. §. nunc uidendum. uer. sed nunquid confessio. nec confess. o procu. tollit facultatem appellandi, sicut propria confessio. ij. q. vj. sunt quorum. & l. ij. C. quo. app. non reci. & c. Romana. de ap. li. vj. Abb. in c. cùm speciali. de appel. & idem Abb. in d. c. j. ut lite non contest. in ix. col.]

† Si quid fuit iniunctum, uel præceptum domino, & ipse mittit procuratorem, qui illud non adimplet, nocet domino, quia talis contumacia est domini, non procuratoris. Et sic intelligitur l. non distinguemus. §. pe. ff. de arbi. & quod ibi not. tamen si procurator hoc non faciat propter causam, seu casum, excusatur dominus, sicut si in personam illius ille casus contigisset. C. qui pet. tuto. l. cùm à matribus. de pigno. c. significante. no. Bart. in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obtem. & Abb. in c. j. ut lite non conte. in vj. col.]

† Si aliquid iniungitur, seu præcipitur procuratori, non domino, & procurator non obediens, si talis inobedientia cadit in delictum, tunc in his, quæ sunt parui præiudicij, ut circa missionem ex primo decreto, contumacia procuratoris nocet domino: ut in l. eum, qui res. C. de procu. & C. de dignitati. l. quoties. li. xij. Si tamen sunt magni præiudicij, ut circa mulctæ impositionem, non præiudicat domino: ut in d. §. si procurator, nec etiam circa missionem ex secundo decreto. ff. si ex noxa. cau. aga. l. cum usufructu. & ff. de dam. infec. hoc amplius. §. fi. cum l. seq. Prædicta uera, nisi dominus fuerit sciens, & negligens in purgando cōtumaciam illam: ut in d. c. j. ut lite non contest. Ex quo nota, quòd si fuit contumax procurator in respondendo, tenetur ipse, & non dominus. l. non solùm. ff. de procur. nisi fuerit sciens, & non negligens. no. Abb. in d. c. j. in vj. col.]

† Procurator constitutus ad comparendum, si nunquam fuit in iudicio, & dominus fuit citatus, & contumax, debet dominus in expensis condemnari, & non procurator, ex quo non fuit in iudicio, nō uidetur iudicem habere potestatem ipsum condemnandi, quia procuratori nihil incumbit: potest tamen dominus agere actione mandati, contra procuratorem ad interesse, & ab eo illas expensas recuperabit: ut in l. si procurator. §. si tutores. ff. mandati. est conclusio. Bar. in d. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obtem. Abb. in d. c. j. ut lite non contest. in v. col.]

† Si dominus citatus misit procuratorem, qui uerisimiliter putabatur

putabatur bonus, & diligens, hoc constito, an debeat dominus mulctari propter contumaciam, ex quo fecit domino id quod à lege est sibi permissum, scilicet procuratorem constituere: & si sententia & mulcta contra dominum fuerit lata, an reuocabitur, cùm non uidetur in aliqua contumacia esse, ex quo nulla culpa fuit constituendo sufficientem procuratorem. Abb. in d. c. ulti. ut lite non contest. in v. col.]

† Si dominus citatus misit procuratorem, qui fuit cōtumax, licet prima fronte dominus repellatur ab appellando: quia contumacia iudicatur in personam ipsius domini citati. Si tamen dominus uult dicere se constituisse procuratorem, qui communi opinione reputabatur diligens, an debeat appellatio admitti, ex quo fuit sibi permissum à lege. Abb. in d. c. j. in viij. col.]

† Procurator constitutus, ut faciat omnia, quæ ipse constituens propria persona facere posset, habet potestatem explicandi exigentia speciale mandatum: ut no. Bar. in l. procurator, cui libera. ff. de procu. ubi dicit, quòd tali procuratori uidetur cōcessa libera: ut est tex. in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & argu. in c. j. de rescri. lib. vj. Bar. in l. j. ff. de of. procon. Abb. in c. fin. de dila. in fin. & in c. petitio. de procu. & in c. dilecti. de iudi.]

† Clericus potest defendere causam suam sine mandato, & sine cautione. xij. q. ij. non liceat. de re. eccle. non alie. si quis. & not. gl. in c. coram. de offi. de lega. & in c. cùm olim. de testi. Item potest quemlibet alium in cautione defendere: ut in l. qui proprio. ff. de procurato. Io. & Abb. in c. j. de restitu. spolia. in fine.]

Procurator potest interuenire, si agitur contra clericū solum, ut priuetur beneficio propter crimen. no. Fred. de Senis consil. xxij. nam talis quæstio non est criminalis, cùm non tendat ad punitionem, nisi ut priuetur beneficio: quod est inhabilitare personam ipsius clerici, non ut delictum puniatur. Hinc est, ꝙ parochianus, uel patronus, potest hoc modo agere contra clericum, ut priuetur beneficio: ut no. Fred. consi. xcviij. & not. in c. illa. de accus. & in c. ex parte. de teste. & est textus expressus in c. per tuas. §. tales. de simo. si tamen pœna delicti esset tantùm priuatio beneficij. Secus dicunt Ro. Anto. & Abb. in c. super his. de accus. in j. col. uer. ultimò nota.

† Procurator datus cum clausula, & quicquid aliud etiam super hoc fecerit, ratum habebit, potest transigere, seu componere. & sic intelligitur, ff. de procu l. mandato. ut no. gl. in c. cùm dilectus. de reli. domi. Idem si apponatur illa clausula, quòd procurator posit agere totum illud quod dominus ipse personaliter agere posit. nam tunc uidentur data tota potestas agendi ea, quæ requirunt speciale mandatum. Et si ampliatur procuratorium per illam clausulam: ut nota. Abb. in d. c. cùm dilectus. & no. Archi. in c. j. de procura. lib. vj. & Bar. in l. prætor, cui libera. ff. eo. tit. & Abb. in c. fi. de dilato. gl. & Abb. in c. contingit. de transac.]

† Procuratoris officium est utile, & onerosum, ad quod etiam infames, saltem de iure ciuili, promouentur. Insti. de excep. in fi. Ab. in c. Imperatorum. de iura. calum. & hoc in odium sui: quia posset esse sibi utile. Item ut facilius resipiscat, & ut euitetur aliorum periculum communione: ut in cap. pia. de excep. lib. vj. Abb. in d. c. post cessionem. in ij. col. Secus de iure canonico: ut iij. q. vij. §. infames. ubi infamis non potest esse procurator. Sed ibi gl. dicit hoc procedere, quando est infamis per sententiam: secus, si est infamis ipso facto, quia potest. Et allegat dictum §. fin. Instit. de except.]

† Procuratorem nō tenetur quis constituere in causa ardua, & graui, si sit impeditus, nisi in causa electionis, seu uocationis ecclesiæ. De quo uide plenè no. in c. querelá. de procur. & ibi doct. quæ dicatur causa ardua. uel suprà, Causa.]

† Procurator ad agendum constitutus ab actore potest dominum defendere. not. glo. in l. inuitus. §. pœna. ff. de procura. Quod limita, nisi daretur ex parte rei: quia tunc cùm potestas defendendi debeat esse principalis, si daretur ad agendum, non ualet procuratorium: ut in c. constitutus. de procura. Si tamen procurator est datus cum dictione taxatiua, scilicet ad agendū solummodo, tantùm, præcisè, duntaxat, &c. tunc nō potest procuratoriū extendi, nec est sufficiens: ut in d. §. pœna. Bar. tamen ibi dicit, ꝙ licet procurator in tali casu non posit defendere dominū ui mandati, potest tamen tanquā quilibet defensor præstita cautione de iudicato soluendo: ut no. in c. j. de procu. Ab. in c. accedens. eo. tit.]

† Procurator licet non admittatur in causa criminali criminaliter intentata: ut not. in c. tuę. de procu. socius tamen auditur pro se, & pro alijs. ar. iij. q. vj. hoc quippe. & c. cùm dilecti. de do. & contu. & est gl. sing. in c. statuit. ij. q. iij. uinculatus etiam prosequi potest accusationem, seu appellationem per procuratorem. no. Ang. in l. per hanc. C. de tempo. appella. & Innoc. in c. licet. de accusa. Et licet procurator non admittatur in causa criminali ad disputandū super ipso crimine, tamen admittitur ad probandas exceptiones contra accusatorem de ipsius dignitate. Et sic non solùm admittitur procurator ad allegandum causas absentiæ, quæ consistunt in facto, sed etiam causas absentiæ, quæ consistunt in iure, & ad probandas exceptiones expulsiuas, propter dignitatem accusatoris. Abb. in c. ueniens. de accu. in j. col.]

† Procurator in actione populari ex parte actoris ante litem contestatam potest constitui: ut in l. licet. ff. de procur. post litem uerò contestatam cùm actor in actione populari est factus dominus litis, potest constituere ad instar tutoris. ut in l. nec tutores. C. de procu. not. Bart. in d. c. licet. & sic restringitur. gl. in c. ueniens. & ibi Abb. de accusa.

Procurator potest constitui ad tēpus, & diē. Car. ubi s. in Spe. de procu. §. ratione autē formæ. uer. quid si mandatū. Item.

Procurator ad agendum, & ad alia maiora, & ad requirentia speciale mandatum, non potest opponere crimina. s. Mandatum extenditur. uer. xxxviij.

Procurator cum clausula, Qui utiliter contrahat, aliàs nō uult domino obligari, constitui non potest, & non ualet. Bald. in rub. C. de excep. iij. col. & per Bal. in l. cùm mandati. C. mandati. & in l. si procurator. in fi. C. eo. tit.

Procurator ad agendum non potest exigere, nec solutionem recipere. Bar. in l. hoc iure. in j. col. ff. de solu. & no. in l. sed si tantum. in prin. ff. de pactis.

Procurator generalis an intelligatur etiam ad causas. j. Procurator generalis. uer. xj. quòd sic.

Procurator intelligitur etiam is, quem Titius asinum suū constituit ad agendum in tali causa: quia mens inspicitur, non uerba. Bald. in l. testamentum. in primo not. C. de testa. no. in c. petitio. de procura. & j. eo. uersic. xxvj. Item,

Procurator contra omnem personam mundi constitutus non potest agere contra uniuersitatem, uel collegium. Bald. in rubri. C. ad Trebel. uer. item si facio procuratorem. & in c. conuenticulas. in princip. in ij. no. de pa. iur. fir. Sed contra tutorem, & procuratorē debitoris sic, & Bald. in d. rub. in fi.

Procurator omnium rerum potest agere, & exigere, tam in iudicio, quàm extra. l. procurator, cui libera & ibi docto. & Io. de Pra. in l. qui proprio. §. fi. ff. de procura.

Procurator ad certas causas, & generaliter ad omnes alias constitutus, an intelligatur constitutus ad causas maiores expresis: s. uer. Mandatum extenditur. uer. xxv.

Procurator ad certas causas, nisi ad aliquas requirentes speciale mandatum specificatas, intelligitur constitutus tacitè ad omnes alias non expressas requirentes speciale mandatum, secundum Lapum, & Dom. de sancto Gemini. in c. qui ad agendum. de procu. in vj.

Procurator constitui potest, ut duret etiam post mortem domini. j. uer. Mandatum finitur. uer. xlix. & in uerbo, Mandatum reuocatur. uersi. ij.

Procurator constitui potest cum potestate faciendi procuratorem: sed an tunc posit donare. Bal. in l. j. C. de bo. mater. in lec. antiqua.

30 Procurator cum potestate faciendi omnia, quæ potest dominus, potest uendere, & alienare. Ang. in auth. de col. & alijs capi. §. ad hæc prohibemus. uersic. item nota istum text. colla. ix. & j. Procurator ad negocia. uersi. lix.

Procuratoris constitutio ualet hoc modo, Constituo procuratorem illum, quem Titius nominabit: licet Titius sit inhabilis ad constituendum. Barto. in l. institutio talis. ff. de condi. insti. uer. item inducitur ad quæstionem.

Procurator si appelletur syndicus, cùm non sit, non uitiatur actus. Bar. in l. insulam. de præscriptis uerb. & in l. j. §. j. quod cuiusq; uni. no. & s. in uer. Procurator est, qui. uersi. xxxviij.

Procurator ad agendum non potest de causa transigere. Bart. in l. qui Romæ. §. Callimachus. uersi. si autem dixi. ff. de uer. obli. & in l. si procurator. C. de procura. & ĩ. Procurator con trahit. uersi. xix.

Procurator potest constitui, etiamsi ipse post sex menses acceptet ante, quàm reuocetur, quæ reuocatio non præsumitur. Io. And. in c. licet. de procu. in vj. in Nouella. & Alex. in l. si stipuler. de uer. oblig.

Procurator ad recipiendum solutionem an possit prorogare terminum debitori. Bart. & doct. in d. §. Callimachus. quòd non, nisi sit constitutus procurator cum libera. & ĩ. uer. Procurator generalis. uer. lxij.

Procurator ad causam futuram intelligitur ad instantiam, non ad negocium principale. Bartol. in d. §. Callimachus. in uer. idem dixi. & ĩ. eo. uer. 50.

Procurator ad opponendum contra executionem instrumenti, nõ potest opponere contra personam. Bal. in addi. Spec. de procur. uer. aliud est.

Procurator ad excipiendum non potest respondere pro domino citato ad respondendum. Bald. in addi. Spec. de procur. uer. qui opponit.

Procurator ad recipiendum constituitur Titius, quando rem meam, uel mihi debitam stipulor restitui Titio. Bartol. in l. j. in fi. principij. ff. de pactis.

40 Procurator etiam per substitutionem potest constitui hoc modo, Constituo Titium procuratorem: & si esse nolit, constituto Caium. glo. & Bart. in rubr. ff. de procu. sed non admittitur Caius, si Titius cœpit officium. l. tutoribus ita datis. & ibi Dy. de test. tu.

Procurator & nuncius simul quis constitui potest. in Spec. de procu. §. ut autem. uer. & nota. el ij. & seq.

Procurator an constituatur cum pacto de non reuocando. ĩ. Procurator reuocatur. uer. fi. quòd sic.

Procurator ad agendum & defendendum constitui debet, uel ad agendum, & respondendum. non ad agendum tantùm. Car. in cle. ij. de procur.

Procurator potest constitui sub conditione. l. iij. de procura. Insti. mandati. §. mandatum. Car. in cle. j. de procur.

Procurator licet non habeat mandatum specialiter ad iurandum, non tamẽ dicitur sufficiens habere mandatum. Alex. no. in l. iusiurandum. §. de pupillo. de iureiur.

Procurator ad confitendum, & quietandum non potest confiteri, & quietare, nisi reuerà receperit. Bald. in l. omnes. §. ad hoc. C. de quadri. præscrip.

Procurator ad uendendum, uel donandum, potest in instrumento apponere omnia pacta, etiam pœnalia, solita tamen poni in talibus instrumentis. Item potest bona domini obligare pro implendo contractu, etiamsi mandatum id nõ contineat. Bald. in l. fin. C. de quadri. præscrip. in j. col. & infrà in uerbo, Procurator ad negocia. uer. lxxvj.

† Procurator constitutus à prælato ad locandum, & ad recipiendum fructus, & alienandum, & omnia faciendum, quæ ipsemet, &c. an possit renouare inuestituras emphyteuticarias uel feudales, uide Bal. in consi. cxxxviij. in v. parte.]

Procurator ad adeundum potest constitui simpliciter, nõ sub conditione, si hæreditas est locuples. Bald. in l. j. xxx. oppo. C. qui admit.

Procurator ad agendum potest appellare. Bart. in l. j. §. si aduersus. ff. quando app. sit. & ĩ. Procurator appel. uer. xxxiij.

50 Procurator debet per dominum informari, ad quod debet habere dilationem. Inno. in c. exposuit. in glo. sua, in uerbo, teneri. de dilatio. & Bal. in Marg. uer. Procurator. Sed uide Inno. in c. dilectus. in prin. de procur. Bart. in l. prætor. §. defendi. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & in l. non solùm. in prin. uer. sed an procurator. ff. de procu. ubi dicit, quòd si procurator fuit citatus ab initio, potest petere dilationẽ ad respondendum interrogationibus ante litem contestatam: sed si fuit citatus dominus generaliter, nõ expresso ad quid, idem est, cùm nõ potuerit instruere procuratorẽ. Si uerò specialiter, & tunc debuit mittere procuratorem instructum, qui respondeat: ideo tunc dilatio danda nõ est: imò si nolit respondere, punietur dominus ut contumax. ut ibi. & tenet Inn. in c. in pertractãdis. de iura cal. & Bal. in Mar. uer. Procurator. uersi. viij. Sed quid in procuratore absentis. in Spec. de dila. §. fin. uer. sed quæro. quòd non. Item quid si conuenitur ex suo contractu. infrà uer. Procurator contrahit. uer. fi. ꝙ sic. in Spec. de procura. in §. j. in v. charta. in uer. sed pone, procur. & ibi Bal. in addi. uer. procuratori. el j. ubi dicunt, quòd procurator in causa appellationis non petit dilationem ad consulendum dominum. uide ibi Rotam decisi. cccxcviij. fuit dubitatum. in nouis. tenet, quòd generalis potest petere, non specialis.

Procurator constitutus ad appellationem, quæ uertitur, non habet sufficiens mandatum, si appellatio non uertitur tempore mandati. in Spec. de procur. §. j. in iij. char. uer. sed pone capitulum. ar. contra in l. Titius. §. j. de lib. & posthu. Sed ibi erat in utero, & ad id, quod est in rerum natura, potest adaptari præsens, & præteritum. Item argu. contra in l. pen. ff. de testa. tu. Sed illud ex natura conditionis, & substitutionis, quæ prospicit futuris casibus. Bal. in addi. Spec. de procu. uer. procurator constitutus ad appellationem.

Procurator ad impetrandum dicitur datus potius ad extraiudicialia, quàm ad iudicialia. Ioan. Andr. & Philip. in c. Nicolao. v. q. de appel. Io. de Imo. in ca. ex parte decani. de rescrip. no. in cap. j. de rescript. in vj. & in Specul. de procur. §. j. uer. quid ergo.

Procurator ad conferendum beneficia nõn potest præsentare, nisi dictum sit. c. cùm in illis. de præben. in vj. & Pau. de Cas. consi. lix. incip. Venerabilis uir. in ij. dubio. & ĩ. Procurator ad negocia. uer. lxxxvj. & Procurator prælati. uer. vj.

Procurator ad emendum potest etiam mutuum recipere, ut emat. Bal. in rubr. C. de institoria. v. col. uer. aduerte. per l. j. §. unde quæritur. & l. Titius. ff. de exercitoria.

Procurator ad exigendum pensiones domorum locatarum, non potest locare domos. l. j. §. igitur proposito. ff. de exercitoria. Lud. in sing. uer. Procurator. uer. constituo.

Procurator ad agendum non potest petere executionem sentẽtiæ. l. hoc iure. la ij. ff. de solu. l. si procurator. ff. de procur. Bar. in l. omnium. in j. q. in fin. eo. tit. nisi procurator fecerit sumptus in lite pro domino inope. l. actoris. eo. tit. Ludo. in sing. uer. Procurator. uer. quæro, utrum. Item nisi sit procurator in rem suam, uel nisi habeat speciale mandatum post latam sententiam, uel nisi sit procurator generalis ad causas etiam futuras. Bart. d. l. si procurator. in ij. not. & in d. l. hoc iure. in j. col. nec tenetur petere. gl. in l. tutores. §. tutores. de admi. tu.

Procurator ad litigandum non potest soluere. Pau. de Cast. & Io. de Pra. in l. si quis cùm procuratorio. de procu.

Procurator ad causas potest litem contestari, licet causa dicatur post litis contestationem. Bal. in l. j. ff. sol. matri.

Procurator absens recipiendo instrumentum mandati à domino, uidetur ratificare, & acceptare mandatum. cle. j. de procura. Bart. in l. j. §. fi. uer. extra glo. quæro. & in l. filius. §. procuratorem. de procu. uersic. pone ergo. ubi etiam dicit cogi posse ad suscipiendum iudicium, si pro eo dominus satisdedit. & s̃. in uerbo, Procurator quis esse possit. uersic. vij. Sed quid si protestatur, quòd non uult acceptare, deinde recepit literas, uel instrumentum mandati. Car. in d. clem. j. xiiij. q. Et intellige, quòd scienter recipiens procuratorium, uidetur acceptare, non si ignoranter. gl. & Car. in clem. j. de procurat. xvj. q. Quæ scientia probatur, quando sciuit contenta † in instrumento, uel literis. ut ibi xvj. q. † Et Baldus in l. j. ff. mandati.]

60 Procurator ad causam futurã, intelligitur scilicet ad instantiam, non ad negociũ principale. Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de uer. ob. uer. idem si dixi. s̃. eo. uersi. xxxvij.

Procurator ad uendendum non potest euincere, sed ei euincenti obstat exceptio. l. seruum. & ibi Bar. ff. mandati. & infrà, Procurator ad negocia. uer. antepe.

Procurator ad causam simpliciter constitutus, quando dominus habet duas causas, censetur constitutus ad causam maiorem, & grauiorem. Ioan. And. fin. in addi. Spec. de procur. uer. ratione autem formæ addi. cuius contrarium, &c. & tenet Lud. Põ. in fin. uer. Procurator. quidã habet duas causas.

Procurator ad plures causas comparens simpliciter in iudicio pro omnibus terminis, uidetur comparere in omnibus causis, licet non expresserit nominatim causas, & ideo cõtumax reputari non potest. Bart. in l. accipientis. in fin. ff. de tuto.

Procurator

Procurator ad causas constitutus, intelligitur scilicet ciuiles tantùm, non ad criminales. in Spec. de procu. §. j. in iij. char. uer. sed nunquid media. & in §. ratione autem formæ. uer. item quod licet. & Alex. in d. l. xxvj. col. de offi. eius, cui manda. est iurisd. & plenius in cle. j. per Car. q. xviij. de offi. uica. & in cle. ij. iiij. q. de procu. ubi idem tenet: nec ad requirentes speciale mandatum, ut matrimonialis, & beneficialis: ut ibidem.

Procurator ratione formæ mandati repellitur multis exceptionibus, quas uide in Spec. de procu. §. ratione autem formæ. ubi plenè per totum.

Procuratorem constituendi ad lites, & ad negocia, uide multas formas in Spec. eo. tit. §. iiij. per totum.

Procurator constitui potest ad lites futuras, & incertas. in Spec. de actore ab uniuer. in prin. uer. item quod est.

† Procurator constitutus ante laudum ad emologandū, non uidetur habere mandatum ad consentiendum iniquitati. Bal. in consi. cxvij. iiij. parte.]

Procurator cum libera potest constitui. l. procurator, cui libera. ff. de procur.

Procurator cum libera qualiter cōstituatur. s̄. uer. Libera. uer. viij. & adde j̄. eo. uer. xiiij.

Procurator habens liberam, etiam ad unam causam tantùm, potest deferre iuramentum. per c. qui ad agendum. de procura. in vj. Bart. in l. iusiurandum. §. procurator. in j. col. in fi. uer. circa istam partem. el j. ff. de iureiur. & in l. qui Romæ. §. Callimachus. de uerb. obligat. ubi dicit, quòd omnia potest, quæ potest dominus: ergo & deferre iuramentum.

Procurator cum libera datus ad litem non potest recipere solutionem. l. hoc iure. & ibi doct. de sol. no. in l. si procurator. de condi. indeb. Io. de Por. post Bart. in d. §. Callimachus. ubi dicūt secus in procuratore simplici, & omnino in l. rescriptum. §. fin. de pac. in d. l. hoc iure. ubi dicit, quòd.

Procurator cum libera ad certam causam datus potest transigere, & solutionem recipere. c. qui ad agendum. in fin. de procurat. in vj. Secus uerò, si dicit, Concedo plenam, & liberam administrationem in prædictis: quia intelligitur, scilicet quo ad instantiā tantùm, nō super causa: & sic solutionē nō potest recipere. Bart. in d. §. Callimachus. secundū Alex.

Procurator cum libera, & procurator omnium rerum, sunt pares in potestate, non autem procurator bonorum. gl. & doc. in l. si procurator. ff. de con. indeb.

Procurator cum libera, siue sit generalis, siue specialis, potest rem domini obligare, aliàs non, nisi dominus esset solitus eam obligare, uel nisi pecunia in rem domini uersa sit. l. j. & ibi gl. Bart. & doc. C. si res ali. pi. da. sit.

Procurator cum libera potest pignorare rem domini, etiā non soliti recipere pecuniam sub usuris, non procurator generalis. l. solutum. in fi. cum l. seq. & ibi gl. ff. de pig. act.

Procurator cum libera nō potest transigere de re certa, etiamsi habet mandatum de quietando. Pau. de Cast. consi. ccxxvj. incipiente, Circa primum quæsitum. Addo quòd procurator generalis sine libera non potest transigere. l. mandato. & ibi Bar. ff. de procura.

20 Procurator cum libera ad uendendum potest uendere pro minori precio: sed non potest dolum committere in contractu, aliàs tenetur domino ad interesse. Lau. Brixi. in tracta. tu de Arbi. j. parte. ix. col. facit quod no. Bart. in l. si procurator, cui libera. ff. de procu. in ult. q.

Procurator cum libera non potest opponere exceptionem, stante statuto, quòd dominus opponens, & nō probans, puniatur. Bartol. in l. si procurator. in ij. col. uer. item dico. ff. de cond. indebi. & j̄. uer. Procurator generalis. ubi plenius, in uersic. ij.

Procurator cum libera non potest eligere. j̄. Procurator generalis. uersi. xij.

Procurator cum libera potest deferre iuramentum. j̄. Procurator in rem suam. uer. xvj.

Procurator ad faciendum quicquid uiderit expedire, dicitur cum libera constitui. Bald. in tit. de pace Constan. §. nomina. uer. in fi. & s̄. Libera. uer. viij. post medium. ibi: item per uerba, Facias quicquid, &c.

Procurator cum libera à lege potest constituere procuratorē. Bald. in l. j. C. de bo. mater. in j. col.

Procurator ad causam, quam dominus est habiturus cum tali, licet habeat liberam, tamen intelligitur eam habere nominatus, quo ad instantiam: secus, si sit constitutus cum libera ad certam causam expressam: quia potest etiam transigere & solutionem recipere Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus. de uer. obl. & s̄. eo. uer. viij.

Procurator generalis cum libera non potest donare. l. contra iuris. §. fi. ff. de pact. Bal. in l. iiij. C. de noua. Bart. in l. procurator, cui libera. ff. de procur. in prin. & j̄. in uerbo, Procurator † generalis. uersi. viij. † Et uide do. Alex. de Imo. in consi. xxij. in iiij. col. in j. parte.]

Procuratori cum libera an possit solui. Bart. in l. uero procuratori. ff. de solu. in prin. in ij. q. quòd sic. & Alex. in l. rescriptū. §. fi. de pac. & s̄. eo. uer. iiij. & seq.

Procurator generalis quid possit facere, uel non, uide s̄. uer. Generale mandatum. uer. j. & ij. & j̄. eo. per totum. & s̄. uer. Mandatum generale. per totum.

† Procurator generalis an rumpat mandatum: uide Feli. in c. de causis. in fi. de offic. deleg.]

Procurator generalis, uel cum libera, nō potest opponere exceptionem, stante statuto, quòd dominus uel procurator opponens, & non probans incidat in pœnam, ne faciat dominum incidere in pœnam, quia non potest damnificare dominum omittendo, sed faciendo potest. Bar. in l. si procurator. de condi. inde. in ij. col. in uer. idem dico. & s̄. Procurator cum libera. uer. x. & in l. iij. §. si procurator. uer. quærit glo. iuncto uer. & per hoc dico. ff. quod quisque iur. & ibi gl. Lud. & docto. & ibi Alex. & si opponat, non facit dominum incidere in pœnam. ut ibi, nisi habeat mandatum speciale, uel nisi dominus approbet. Bar. ibi. & j̄. Procurator specialis. in uer. ij.

Procurator generalis potest omnia, quæ quilibet diligens paterfa. faceret, non alia. Bart. sing. in l. si procurator. ff. de condi. inde. in ij. col. ad fi. uer. circa istam partem. el ij.

† Procurator generaliter cōstitutus ad causas postea exactas, potest, & debet admitti: secus in iudice. Ita do. de Rota. deci. ccccxiij. in nouis.]

† Procurator generalis si in aliqua causa de nouo citetur, potest petere inducias ad dominum consulendum, per do. de Rota. deci. cccxcv. in nouis.]

† Procuratoris generalis uires non ampliantur per clausulā appositam in procuratorio, promitto habere ratum quicquid feceris, &c. nec per hoc datur potestas transigendi, nec ad faciendum ea, quę requirunt speciale mandatum, contra no. per glo. in cap. contingit. de transac. & Bar. in l. procurator cui libera. ff. de procu. & in l. j. ff. de offic. procu. Cęsa. ubi in d. l. j. dicit, quòd clausula solet ad cautelam apponi. no. * Abb. in c. contingit. & in c. petitio. de procu. ubi no. per quę uerba datur libera potestas: & quid operatur, & de dicta clausula uide do. Car. & do. Barb. in c. fi. de dila. & uide gl. in c. relatum. xxj. q. j. in uerbo, canonicè.]

† Procurator non potest ex generali mandato compromittere, nec transfire: ut in c. qui ad agendum. de procura. li. vj. Limita, nisi procurator transigeret in utilitatem domini. Ad hoc tex. cum glo. no. in l. nulli. ff. de transac. & ibi no. firmat hoc Bar. & uoluit do. Abb. in d. c. contingit. in ij. & iij. col. facit in simili gl. fin. in l. ij. ff. de acceptil. & tex. Insti. de author. tu. in prin. & quod uoluit do. Abb. & do. Barb. in c. causam quæ. el primo. de iudi. * etiamsi in mandato promitteret dominus sibi rata futura omnia quæcunq; à procuratore fierent. l. transactionis. C. de transactionib. l. mandato generali. ff. de procu. c. causam. de iura. calum. c. p tuas. de arbitris. glo. & doc. in c. ex parte decani. de rescrip. in c. contingit. de transac. Domin. à S. Geminia. in c. qui ad agendum. de procu. in vj. Cy. Bal. & alij. in l. si procurator ad unam speciem. C. de procu. Bart. in l. j. ff. de offi. procu. Ludo. Roma. in l. in prouinciali. §. j. ff. de oper. no. nunc. Ias. con. cxxxiiij. num. 2. uol. iiij. Aemilius Maria Manolessus.

† Procurator generalis etiam nō habens speciale mandatum ad iurandum, admittitur ad iurandum de calumnia, si dominus est longè absens, ita quòd in breui haberi non potest. arg. l. si longius. ff. de iudi. no. in c. cæterùm. de iur. cal. tangit Abb. in c. in pertractandis. eo. tit. Secus, si est constitutus specialiter ad causam post citationem: quia tunc condemnatur

mnatur dominus in expensis:ut no. Abb.in d.c.cæterùm.]

† Procurator generale habens mandatum ad uendendum, si fuit deceptus in precio citra dimidiam iusti precij, non auditur dominus uolens contrauenire, etiamsi procurator nõ sit soluendo, imputet tantùm sibi, qui talẽ elegit. facit l.cum mandato.in fi. ff. de minori. nam ibi est speciale in minore, ut audiatur per beneficium restitutionis ex negligentia, & deceptione procuratoris, si non est soluẽdo: secus, in maiore.nó.Abb.in c.cùm causa.de emp.& uend.in ij.col.]

† Procurator generalis si confiteatur domino præsente, & nõ contradicente, licet præiudicet domino, ut recitat Cy. in l. j.C.de confess.q.xxiiij.si tamen dominus non est in præsentia, sed absens, & uoluntariè confitetur: ut quia uadit ad iudicium uoluntarius, nulla facta citatione, sed statim quod porrigitur libellus, confitetur, talis confessio non præiudicat domino: ut in l.certum.§.sed an ipsos. ff. de confes. nam talis actus habet instar donationis, qui prohibetur procuratori: ut no.Abb.in d.c.j.in ij.col.]

Procurator generalis cùm libera habetur pro procuratore speciali.Bald.in l.illud.§.j.de mulieri.& s̃. Mandatum generale.uer.xxj.

Procurator generalis uendens dolose nõ transfert dominium rei, nisi secuta præscriptione.gl.& Bar. in l.fi.circa medium. C.de uxo.mil.& ibi Bal.in lect.ij. Vnde transfert usucapiendi conditionem. Vide l.mandatum distrahendorum.ff.mandati.& ĩ.Procurator ad negocia.uer.x.

Procurator generalis an possit denunciare.gl.& Bart.in l.j.§.j. de libe.agno.in j.col.quòd sic, si habeat mandatum generale, aliàs secus.

Procurator generalis sine libera non potest exercere actus obligatorios.Bal.in l.mandatum.ij.col. uersic. secundo casu, quando mandatum. C. mandati. per l. quam Tuberonis. §. alia.de peculio.& s̃.Generale.uer.j.circa medium.ibi: item nec actus obligatorios, &c.& Alex.in l.procura.ff.de procu.

Procurator generalis cum libera non potest donare. l. contra iuris.§.fi.ff.de pac.Bart.in l.procurator, cui libera.in prin.ff. de procu.Bal.in l.iij.C.de noua.& s̃.in uer.Procurator cum libera.uer.pen.nisi sit consuetudo in contrarium, uel nisi dominus esset consuetus donare.Alex.in l.solutum.§.fi.de pigno.actio.per c.iij.de dona.

Procurator generalis non potest in dolo uersari. l. creditor. §. Lucius.& ibi Bart.ff.mandati.& in l.procurator, cui libera. ff.de procu.in ulti.q. & uide suprà in uerb. Procurator cum libera.in uersi.x.

10 Procurator generalis ad agendum, & defendendum, potest allegare causas absentiæ pro reo personaliter citato. Roma. in decisi.cccxvij.procurator.in nouis.

Procurator generalis ad negocia an intelligatur etiam ad causas.in Spec.de procu.§.j.uer. pe. quòd sic, nisi essent causæ, quæ requirunt mandatum speciale. & ĩ. Procurator ad negocia.uer.xv.

Procurator generalis, uel cum libera, ad alienandum datus, non potest eligere. l. si is, qui. & ibi Ioan.de Pra.de procur. & Bart.in l.si stipulatus fuero illud.ad fi.principij. ff.de uer. oblig.sed specialis sic.Bar.in d.l.si is,qui.& ibi not. & suprà, Procurator cum libera.uer.xij.

Procurator generalis agens litem calumniosam, debet in expensis condemnari, non procurator specialis, sed tunc dominus debet condemnari.Bartol. in l.j.§.si procurator.ulti. col.uer.ex prædictis. ff. si quis ius di.non obtemp.l.non est ignotum.C.de admi.tut.& Spec.tit.de exec.sen.§.sequitur. uer.sed quid si procurator.in l. iiij.de iudi.per Bart. in addi. Spec.ubi suprà, uerb.Sententia expensarum.

Procurator generalis an iuret de calumnia.suprà, uer.Iuramentum calumniæ.uer.iij.& uer.xliiij.& uer.Mandatum speciale.uer.xl.quòd non.

Procurator generalis an possit renunciare exceptionibus domini.Bart.in l.si fraudator.de his, quæ in fraudẽ. cre. quòd non, nisi esset exceptio declinatoria fori, cui poterit renunciare, cùm illa non sit donatio. Addo Bald.tenentem in hoc contrarium in l.pactum curatoris. in uer. & ex dicta theorica.C.de pac.& ibidem Sali.Opinionem tamen Bart. sequitur do.Ant.& do.Abb.Panor.in c.cùm olim.el j.de offic.deleg.& do.Ant.in c.j.ut lite non conte. Addo etiam Io. Andr. & alios in c.ij.de dona.& per do.Alex.de Imo. saluantẽ Ba in d.l.pactum.

Procurator generalis ad iudicia, uel negocia, nõ potest transigere.gl.in c.dilectus.& c.petitio.de procur.

Procurator ad causas non intelligitur ad requirentes speciale mandatum, ut matrimoniales, & beneficiales. Cardi.in cle. ij.iiij.q.de procura.

Procurator etiam generalis clerici habentis expectatiuam, potest acceptare beneficium. Cardi. in cle.j.§.quem etiam.iij. q.de concess.præben.

Procurator generalis potest promittere pœnam solitam promitti ex natura contractus, & ad eam potest dominum obligare.Alex.in l.iij.§.si procurator.quod quisque iur.Bar.in l. si procurator.de iure fis.Ang.in l.bene à Zenone.C.de quadri. præscript. & in l.ij. ff. de iurisd.om.iud.& Alex. in d.l.si procurator.Abb.in c.ij. de precar. & per Alex.in l.solutum. §.si procurator.de pign.actio.

20 Procurator generalis cum libera non remittit debitum gratis.Ang.& Alex.in l.rescriptum.§.fin.de pactis.

† Procurator generalis cum libera, non potest liberare debitorem per acceptilationem: ut est glo.& ibi clarius Bar. in l. per procuratorem.ff.de acceptila.Ratio est, qui acceptilatio est in effectu donatio. Ias. in l. præses.in ult. col. uer.ex istis collige.C.de transact.]

Procurator generalis cũ libera an fideiubeat.no. in l. si seruus. de fideiuss.& Bal.in l.in parua.§.fi.de pactis.

Procurator generalis ad omnia præterquam ad aliquid requirens speciale mandatum, uel ad petendum restitutionem in integrum, non uidetur constitutus ad alios casus requirentes speciale mandatum.Pet.de Ancha.in rub.de reg.iur.iiij. q.& Alex.in l.fi.ff.quod quisque iur.

Procurator generalis non potest rem emphyteuticam auferre uni, & dare alteri, nisi emphyteuta sit persona scandalosa. Bart.in l.cotem.in princi.ff.de publica.& suprà, Mandatum speciale.uer.xj.

Procurator generalis potest facere protestationes.Bart.in l.actione.§.renunciare pro socio.Item potest impetrare sequestrum contra debitorem suspectũ.ĩ.uer. Sequestrũ. uer.lxx.

Procurator generalis potest renunciare societatem, sicut procurator specialis, nisi expressè sit sibi prohibitum.d. l. actione.§.renunciare. Quod est uerum cum causa, non sine causa.Bart. ibi. Item potest renunciationem sibi factam ex causa acceptare, aliàs non: ut ibi per Bar.

Procurator generalis petens debitum quietatum, an faciat dominum incidere in pœnam.Bart.in l. in illa stipulatione. de uerb.oblig.la ij.in uerbo, pro declaratione. quod non intelligo, ut ibi per eum.

Procurator generalis non admittitur in causis infamiæ, quæ sunt criminales.glo.& Bar.in l.planè.ff.de excu.tu. in lectu. Nico.de Neap.

Procurator generalis potest soluere creditoribus.l.si procurator.& ibi Bar.in prin.ff.de condi.indeb.

30 Procurator generalis si petat à debitore habente quietationem, an dominus incidat in pœnam.ĩ.uer. Procurator præiudicat.uer.xxviij.

Procurator generalis an debeat appellare.ĩ. Procurator appellat.uer.xxv.quòd sic.

Procurator contumax ante litis contestationem in respōdendo præparatorijs iudicij præiudicat domino,quo ad primū decretum.l.hoc amplius.in fin.ff.de dam.infect.Item ut dominus habeatur pro conuicto super præparatorijs. l.non solùm.de procur.Item ut claudatur domino copia iudiciorū, nisi reficiat expensas, arg.l.qui solidum. §. etiam.de lega. ij. non ut dominus possit excommunicari,uel infamari. l.furti.§.qui alieno.ff.de infamibus.nec mulctari.l.j. §.si procurator.quod quisque iur. Ita Bald. in Margar. uer. Procurator. uer quinto.Item adde Specul.de contumacia.§.fin. uersi.utrum propter.

Procurator potest facere dominum incidere in pœnam contractus,secundum Bal.in d.uer.

Procurator potest esse contumax post litem contestatam, & nocet domino, quo ad præiudicium litis, & quo ad primū decretum. Item ut dominus habeatur pro confesso, si procurator non respondeat positionibus. ca.j. de procura. non tamen quo ad præiudicium excommunicationis, secundum Bald.ibi.quæ omnia dicit uera esse, nisi dominus dissimulet. Vide in Spec.de primo & secundo decreto.§.iij. uer. quid si reus.el ij.& suprà, Contumacia procuratoris.uersic. ij.iij.& iiij.

Procuratoris absentia non retardat processum in audientia papæ.Rota.in deci.cxxxij.

Procurator litis potest prorogare iurisdictionem de re ad rem sine mandato speciali.Inn.in c.cùm olim.in gl.sua.in uer.interlocuti.de offi.deleg.& Bal.in Mar.uer.Procurator.

Procurator non comparens, facit dominum condemnari in expensis.Inn.in c. constitutus.uer. sed quid si ad defendendum.de procu.& s̄.uer. Contumacia procuratoris.uer.ulti. cum his, quæ ibi addidi post authorem.Addo,quòd

Procurator ecclesiæ condemnatus in expensis ratione contumaciæ,fit executio in bonis ecclesiæ,secundum Spec.in tit. de execu.sen.§.sequitur.uer. quid si procurator ecclesiæ.

Procurator ad acceptandum laudum futurum constitutus à partibus non potest illud acceptare, si est iniquum, sed uti bona fide debet,& si est dubium,debet consulere partes,uel principalem,cuius interest:quia non potest iactare bona.in l.fin.in fin.C.de contrahen.emp.

50 Procurator ad uendendum non restituens arrhas,an præiudicet domino.in l.quicunque.§.item si institor. ff. de institoria.& Lud.in fin.uer.Procurator.uer.constituo.

Procurator præiudicat domino, si malè respondet positionibus.glo.& Bart.in l.non solum.in prin.de proc.Addo latius s̄.in uerbo,Positionibus responsio. uersic. xxxviij. cum tribus sequentibus.

Procuratoris confessio an noceat domino. s̄. uerb. Confessio procuratoris.uer.j.& per totum.

Procuratoris taciturnitas an prȩiudicet domino.in Spe.de cōfessionibus.§.iiij.uer.si uerò.& seq.

Procurator si ex contumacia sua fuerit excommunicatus, uel condemnatus,an possit appellare dominus.in Spec.de contumacia.§.fin.uer.quid si procurator.quòd sic.

Procurator non potest deferre iuramentum, nisi in tribus casibus.in Spec.de iur.delat.in uer.in summa nota.

Procuratoris dolus, uel negligentia, an noceat domino. in Specu.de exec.senten.§.sequitur uidere.uer.sed & si.& seq. distinguit.

Procurator uti potest retorquutione iuris iniqui contra dominum.Bart.& Ang.Io.& Alex.in l.iij. §. si procurator.in gl. ff. quod quisque iur.

Procurator potest obligare dominum promittendo pœnam solitam promitti.s̄.Procurator generalis.

Procurator citatur ad causam: ut j̄.eod.per totum.& s̄. uer.Citatio de quibus personis.uersi.vj. & uer.xij.& uer.Citatio procuratoris.uer.j.ij.& ultimo.

Procurator an prima uice citandus sit,uel dominus. s̄.Citatio procuratoris.uer.iij.& in uer.Citatio de quibus.uer.xij.

Procurator post litis contestationem cum ipso debet citari ad omnem actum,non dominus:& si citatur dominus, non ualet actus factus domino contumace. Bar.in l. procuratorib. C.de procura.Bal.in l.j.in ij.col.uer.sed pone.C.de sen.& suprà,Citatio procuratoris.uer.ult.& Bart.in l.mutari.in fin. ff.de procura. Addo do. Alex. Imol. latè in l.furioso. ff. de re iudic.in iij.col.in uer.quid si agitatū est iudicium. cum multis concord.ibi per eum signatis.

Procurator post litem contestatam cum ipso potest contradicere domino,ne liti se immisceat.Barto.in d. l. procuratoribus.ubi dicit secus,si dominum patiatur procurator comparere ad litem,& non contradicat.

Procuratore absente, uel impedito, post litis contestationem debet citari dominus.do.Gemi.in capit.si quem.§.secus.de procura.in vj.

Procurator fisci an sit citandus ad sententiam absolutoriam de crimine.suprà,uer.Procurator fisci.uersic. iij. & uer. Accusatus.uer.viij.

Procuratorum quis sit citandus,cùm plures sunt.suprà,Procuratores plures.uer.xvij.

Procurator an sit citādus in principio iudicij ad accipiendum copiam libelli.Ang.in auth.de exhib.re.§.illud quoque.in j. col.uer.sed quæro.col.vj.& no. in l.eum, qui. C. de procur. quòd sic. Addo Bal.in l.si finita.§.Iulianus.in examinatione primi decreti.ff.de dam.infect.

Procurator agit actione mandati ad expensas,quas facit in causa pro domino. l. j. & ibi Bald. in princ.C.mandati. Item potest retinere instrumenta, donec sibi dominus restituat expensas. l. sumptus. ff. de pact. l. in causæ.§.fin.& l.qui proprio. §.fin. de procu. Adde Bart. in l. quæ omnia. §.j.in uer.item no.eo.tit.facit gl.in l.j. ff. de procur.& in l.si non sortè.§.si centū.ff.de condi.indeb. & Io. de Pra. in d.l. in causæ. ubi dicit idem de salario. Vide etiā Bal. in l.si cùm dotem.§.eo autem tempore.sol.matr.

Procurator an petat se liberari ab obligatione mādati. l.si mandato.§.fi.ff.mandati.quòd sic.

Procurator agens in primo libello procuratorio nomine,licet postea simpliciter in iudicio compareat, intelligitur etiam procuratorio nomine cōparere.gl.in l.quicunq;.ff.de proc. & in l.si procurator.& in l.sciendum.§.tutores.ff. qui satisd. cog.Bar.& Bald.in l.procurator, qui pro euictione. de procur.ubi dicit,quòd totus contractus censetur celebratus nōmine officij,si in uno capitulo tantum est expressum, quòd nomine officij. Paul. & Alexan.& docto. in l.j. §.nunciatio. in ij.col.uersi.quæro,quid si procurator. ff.de ope. nō. nun. l.qui seruum.& ibi Bart.ff.de interrog.act.facit dictum Bar. l.qui in aliena. §. si is, qui. in uer.nota diligenter. de acquir. hæred. Quod uerum est, maximè si in primo libello dixit, Agens,& agere intendens procuratorio nomine,&c.Bar.in l.ita stipulatus.§.Chrysogonus.& ibi Alexā. penul. col.uer. ultimò hic §. facit.ff.de uerb.oblig.& no.in l.j. §. sufficit. de admini.tutor.Vide Bart.in l.post dotem.iij. col. uer.secundò,quod procurator.ff.solu.matr.& in practica Papien.uer. Simon Spelta procurator in libello rei. Sed faciens simpliciter intelligitur,scilicet ut procurator.Bart.in d.l.post dotem.& Bal.in l.etiam.C.de fideicom.

Procurator prima uice agens simpliciter intelligitur, scilicet proprio nomine, sicut extra iudiciū : ut in practica Papi.in d.uer.imò procuratorio nomine,si mandatū præcedit. Bar. in l.qui aliena.§.si is,qui.uersi.nota diligenter. ff. de acquir. hæred.& in d.l.post dotem. in iij.col.& Bal. in l. etiam. uer. item quando. C.de fideicom.& in l.j.ult.col.C.per quas personas.acqu.uer.quarta forma est.Bar.in l. si pupilli. §.item si procuratori.de neg.gest.ult.col.uer.prædicta uera.

Procurator si agit tanquam procurator, sufficit, licet non dicat,& procuratorio nomine.Bart.in l.fi.ff. de institoria. etiā Alex.post Bar.plenè in l.j.§.nunciatio.de ope.no.nun.

Procurator,qui agit pro aliquo,potest cōtra eū post agere nōmine proprio.Rota.in deci.cccc xix.si secundus.in nouis.

Procurator potest agere ciuiliter pro delicto. Bal. in l. aduersus. C. de fur. uers. item nota. & j̄. Procurator in criminalibus.uer.vj.

Procurator ad causas non tractat extraiudicialia. Car.in clem. ij.v.notab.de procur.

Procurator ad litem constituit debitorem in mora per litis cōtestationem.Bar.& Alex.& doct. in l. si seruum. §. nunc uideamus.de uer.obl.ubi Bar.etiam dicit,quòd mora tunc finitur cum lite:sed alij doct.in cōtra. Item per interpellationem e-

nem etiam extra iudicium, quando sunt eiusdem fori. Ang. post Bar. ibidem. sed ibi Alex. contra Ang. tenet idem simpliciter, secundum Bar. & Imo.

10 Procurator potest prosequi litem etiam mortuo domino. l.mala.& ibi doc.& Iac.de But. C. de procu. & Alex. in l. si cùm hominem.de fideiuss.

Procurator non tenetur exire prouinciã pro causa agitanda. Bal.in l.inuitus.ult.col.uer.quartò quæritur.C. de procu.

Procurator agere potest in causa matrimoniali. glo. & Bar. & doct.in l.nihil.in j.col. uersic. quid. & C. de procurato. & s. uer. Mandatum speciale.uer.xlix. etiam ut uxor remoueatur tanquam adultera.cap.tuæ.eo.titu.

Procurator post litem contestatam cogitur agere, uidelicet præcisè.Bar.in l.mutari.in prin.ff.de procur.

Procurator ag[illegible] si obtinet in causa, cogitur dominum defendere in causa restitutionis in integrum obtentæ contra sententiam. Rota in decisi. cclxxxiij. procurator ad agendum. in antiq.

Procurator agens coram iudice laico potest reconueniri coram ecclesiastico.Bar.& Io.de Pra.in l.sed & hę.§.nõ solùm. ad fi.ff.de procu.& j.Procurator conuenitur.uer.xxxvj.

Procurator ad agendum intelligitur, scilicet ad lites perficiendum per sententiam.l.qui procuratorem.& ibi Bar. in prin. ff.de procuratoribus.

Procurator ad defendendum potest agere, & accusare. Bal. in l.non prohibetur.in prin.C.qui accusa.non poss.Contrariũ probatur in c.constitutus.de proc. Io.de Prato, in l. mutus. §.pœna.ff.eo.tit.& s.Procurator qualiter.uer.xv.

Procurator ad agendum an possit defendere. s. uer. Procurator qualiter.uersic. xv. quòd non,nisi in duobus casibus. & Bart.in l.mutus.§.pœna.post glo.

Procurator an possit petere executionem sententię pro eo latæ.Bar.in l.hoc iure.de solu.& Io.de Pra. in l. in causæ. §. ex parte.iij.col.ff.de procu.& in §.si agat.& ibi Pau.de Cast.sed non tenetur.glo.in l.tutores.de admi.tu.per l.si procurator. de procu.& s.Procurator qualiter.uer.lvj.

20 Procurator constitutus ad causas deuolutas ad curiam Romanam,potest comparere in causa,quæ tempore constitutionis erat commissa per papam in curia de mandato speciali papæ.Rota.in deci.xix.

Procurator an agat unus contra alterum. s. uer. Procuratores plures.uer.v.quòd non,nisi habeat mandatum.

Procurator ad agendum constitutus quid possit facere.suprà, Procurator qualiter.uer.ix.

Procurator agit ex contractu suo.suprà, uerb. Procurator contrahit.uer.xiij.& xxiij.

Procurator emens si ignorat uitium rei emptæ, an agat redhibitoria,si dominus sciuit.Bart.in l.fi. C. de ædi. act.ulti.col. uersic.sed quid si sciens.ubi distinguit.

Procurator agens nomine Titij, si succedat Titio, non potest negare se procuratorem Titij.Bartol.in l.Modestinus.ff. de except.

Procurator quibus casibus agat pro collegio sine mandato. suprà,uerb.Collegium.el j. uer.lxxix.

Procurator officio deposito an possit agere inuito domino. Spec.de actore,in viij.charta,uersi.item tutor.quòd non directis actionibus sibi quæsitis,durante officio.

Procurator actoris potest petere sibi satisfieri ex sentẽtia,quãdo dominus non est soluendo.l.actoris.de procu. Specu. in d.uer.item tutor.

Procurator conuenitur, si finat se corrumpi per aduersarium.l.eleganter.§.pen.ff.de dolo.glo. in l.j.§.sed & hæc constitutio.de calumnia.sed nõ dicitur propriè præuaricator.gl.& Fulg.in rub.C.de procuratoribus.

Procurator cogitur defendere dominum. gloss.Barto. Bald.& docto.in l.iij.C.de procurat.l.non cogendum. in princip. ff. eod.titu. Quod est uerum præcisè.l.sed & hæ.§ præter. & ibi Bartol.post gloss.eod.titul. & plenè per Cardin. in clem. j.xviij.q.de procura. Quod est uerum, nisi antequam dedisset libellum, cõtra reum cauisset defendere.Bar.in d.§.prędicto,quòd.Item nisi quando nõ esset præsens in domo:quia si extra domum est, sicut dominus cogeretur præcisè defendere.ut ibidem per Bart. uersicu. contra legem istam. Item procurator actoris præcisè cogitur defendere, non procurator rei. Cardin.in cle.j.xix.q.de procur. & melius in q.xviij.& infrà.Item nisi in casibus, in quibus dominus non cogeretur præcisè defendere,quia nec procurator. d. l.sed & hæ. §. defendere. el ij. & ibi Bartol. de procura. Item cogitur præcisè defendere, quando pro eo præsente, & patiente dominus cauit:secus,si eo absente.in Spec. eod. titul.§.ut autem. uer. in summa. Item & in casu clem. j. eod. titu.Vide omnino Bart.in l.filius. §.procuratorem. eod. tit. & Card.post glo.in d.cle.j.q.xvij.ubi uide.& in q.xviij.

Procurator tenetur eum defendere in causa reconuentionis. l. sed & hæ. §. præter.de procurat. Quod uerum, nisi prima causa esset perempta.l.inuitus. §.sed nec. & ibi Cyn. Barto. & Paul.de Castr.de procur.& Alexand. in d.§.præter.quod est singulare.

Procurator reconuenti tenetur præcisè defendere in causa reconuentionis.Ange.& Ioann.de Pra.in l.sed & hæ.§.defendere.ff.de procu.& ibi gl.in l.v.& per Bal. in l. actionem. C. eod.tit.Card.in cle.j.eod.titu.ubi uide.

Procurator tenetur defendere pro eodem salario, etiam pro articulo incidenti coram iudice ecclesiastico.Bald.& Io. de Pra.in d.l.sed & hæ.§.non solùm.

Procurator an teneatur deposito officio.Bart.plenè in l.procurator.qui pro euictione.ff.de procu.& in l.cum curatore. ff. de admi.tut.distinguit.in Spec.de actore.in viij.charta,uersic.item tutor.

Procurator cõdemnatus procuratorio nomine principalis,patitur executionem sententiæ,si succedit ei,aliàs non:& potest condemnari, ut suprà, etiamsi interuenerit post litẽ contestatam.l.si quis cum procuratorio.in prin.& ibi Bart.ff.de procu.& Bar.in l.Plautius.eo.tit.quòd fit contra dominum executio,nisi quando esset condemnatus propter contumaciam,uel calumniam procuratoris.& s.Executio sententię. uer.xliiij.cum duobus sequentibus.& uer.xlv.& lxix.

Procurator non tenetur si non dedit pecunias domini ad usuras.suprà,Procurator ad negotia.uer.lxvj.

Procurator pro quo dominus cauit, cogitur præcisè ad iudicium suscipiendum.Bar.in l.filius.§.procuratorẽ.de procu.

10 Procurator producens falsos testes de mãdato domini,non tenetur de falso,sed dominus.Pau.de Cast.in l.iij. §.si procurator. quod quisque iu. Et si falsificet acta, nocet domino. Inn.& doct.in c.j.in ultima col.uer.prædictis rationibus uidetur.ut lite non contesta.

Procurator tenetur etiam de leui culpa. gl.& Bal.in l. à procuratore.in princ.C.mandati. Quod uerum est,etiam in procuratore litis,etiamsi læsit dominũ in modico.l.cùm per procuratorem.& ibi Bal.eo.tit.& j.eo.uersi.xviij.Et an de leuissima.suprà,Procurator ad negocia.uersi.xxxvj.

Procurator post litem contestatam cogitur præcisè causam prosequi.Bar.& Pau. de Cast.in l.mutari.ff.de procur.

Procurator ad soluendum non cogitur præcisè soluere. Bart. in l.filius.§.procuratorem.ff.de procur.uer.sed quæro.

Procurator ad soluendum creditoribus, non tenetur soluere creditoribus naturaliter tantùm:aliàs soluendo eis tenetur ipse.suprà,uer.Procurator præiudicat. uersi. xxiij. & suprà, Procurator ad negocia.uer.xxxiiij.

Procurator ad iubendum non tenetur.l.aut qui aliter. §. fin.& per Bar.ff.quod ui,aut clàm.in ij.no.& suprà,Procurator ad negotia.uer.xxxv.

Procurator conuentus ex contractu potest petere dilationem ad se informãdum à domino.s.uer. Curator contrahit. uer. ulti.& s.Procurator qualiter.uer.50.

Procurator sine mandato comparens in iudicio debet condẽnari in expensis,tanquam temerarius.Bal.in l.j. pen. col. C. de procu.uer.ego dico.per Bar.in l.j.§.si procurator.ult.col. uer. ex prædictis. si quis ius di. non obt. & in l.iiij. in prin. uer.sed quęro.de re iudi.& in Spe.de execu.sent.§.sequitur. uer.quid si procurator. Item tenetur ad interesse. s. Procurator falsus.

Procurator in actione ad exhibendum tenetur defendere etiam in iudicio rei uendicationis, secũdum Io. de Pra. sing. in l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procu.

Procurator ad lites tenetur etiam de culpa leuissima. Bal.in l. cùm per procuratorem.C.mãdati. & in l.quæ fortuitis. viij. col.uer.iuxta hoc reuoco.C.de pign. actio. per l.à procuratore.C.

tore. C. mandati.ubi uide omnino, quia tenet contra Bart. quòd teneatur de leui tantùm.& s̄.eo.uer.x.& s̄.Procurator ad negotia.uer.xxvj.Itē de dolo,& lata culpa, quatenus ad eum peruenit.l.eleganter.§.si dolo.& ibi Bar.ff.de dolo.

20 Procurator potest excommunicari.in Spe. de procur. §. ut autem.uer.finali.

Procuratore condemnato an executio differatur, ut reddat rationem.per Bar.in l.interdum. ff. de publica.in gloss.in fine principij.quòd sic.

Procurator missus ad prosequendum appellationem, si non prosequitur,tenetur ad interesse appellationis desertæ, sed si non est soluēdo,restituitur dominus in integrum ad prosequendum.Car.in cle.sicut.penul.q.de appel.

Procurator si deliquerit mandante domino,an puniatur. l. iij. §.si procurator.& ibi Alexand.quod quisque iur.

Procurator exercēs usuras pro domino tenetur ad restitutionem earum.Bald.in lectu.antiqua,in l.iij.§.si procurator. & ibi Alexand.ff.quod quisq; iuris.

Procurator conuertens pecunias domini in proprios usus,tenetur ad usuras.l.idemq;.§.si procurator.ff.mandati.& Alexand.in l.qui negotia.ff.de nego.gest.

Procurator lędens tenetur ad interesse,si est soluendo aliàs datur restitutio domino.l.si mandato. de mino. l. eleganter.§. si dolo.& ibi Batt.de dolo.Sicu.in c.cùm uenissent.in v. col. in gl.in uerb.restituimus.de resti.in integr.

Procurator ecclesiæ sedens tenetur ad interesse.c.cùm uenissent. & ibi doct. & Sicu.in vj. col. in prin. uer. principaliter soluit.de testib.

Procurator, cui sint data pignora, tenetur actione pignoraticia.l.solutum.§.per liberam.de pign.act.& Pau.de Cast.consi.clj.quod incipit, Visis,& ponderatis omnibus.

Procurator uendens an conueniatur de euictione.s̄.Procurator ad negotia.uer.xxvj.& xxxviij.

30 Procurator tenetur ad æstimationē fructuum consumptorum.Bar.in l.diuortio.§.ob donationes.ad fi.ff.sol.matr.

Procuratores in solidum conueniri non possunt.s̄.uer. Procuratores plures.uer.viij.

Procurator promittens de rato,ad quid conueniatur, Bart. in l.indebitum.in prin.ff.rem ra.hab.ubi distinguit.

Procurator banniti an teneatur de auxilio præstito bannito, ut incidat in pœnam statuti.Bar.in l.in furti.§.ope.in j. col. uersic.tamen circa hoc. quòd non, nisi in bannito propter crimen læsæ maiestatis.ff.de fur.& in l.post legatum. §.sunt qui.ubi aliter loquitur.s̄.de his,quib.ut indig.Addo Bart.in l.quisquis.C.ad legem Iul.maiestatis.

Procurator reuelans aduersario secreta clientis sui,tenetur de falso.Bart.in l.j.§.is, qui.ff.de fal.& Abb.in c.cùm olim.de offic.deleg.

Procurator non restituens instrumenta domino, conuenitur actione mādati,sicut & quando colludit. l.si procuratorem. in fine principij.& ibi Barto.ff.mandati.

Procurator tenetur actione furti.l.idem est.ff.pro socio.

Procurator committens dolum tenetur actione de dolo. l. si procurator.& ibi Bart.C.de procur. Item actione mandati. j̄.eod.uersi.xliiij.

Procurator cōuenitur,ut edat libros suos.Bal.in l.j. in iiij. col. C.de eden.uer.sed quid si librum.

Procurator tenetur reficere expensas domino condemnato in illis dolo procuratoris.Bald.in addi. Spec.de execu. sen. uer.sententia expensarum ex malitia.& ibi Specu.§.iij.post uer.sed & si.

40 Procurator appellans per dolum punitur extraordinariè. Bal.in addi.Sp.in secundis addit.de app. uer. si procurator.

Procurator agens coram Potestate reconueniri potest coram episcopo.Bart.in l.sed & hæ.§.non solùm. ad fi. de procu.& s̄.Procurator agit.uer.xiij.

Procurator non petens bonorum possessionem tenetur domino ad interesse.l.si maritus.& ibi Bald. C. mādati.ubi etiam dicit non requiri speciale mandatum.

Procurator tenetur actione mandati propter dolum,uel præuaricationem.in Spe.de aduo.§.fin.uer.sed quare hoc casu. & seq. Addo benefacere id,quod uoluit idem Spe.eo.tit.de aduo. §. obijcitur. uer. item quod est præuaricator. & in §. nunc tractemus.uer.caueant etiam.

Procurator interrogatus si respondet se nescire, quæ ad causam pertinent, condemnatur in expensis.in Specu. de execu.sent.§.iij.post uer.sed & si.in uer. quid iudi.& uer. quid si procurator.

Procurator omittens exceptionem domino competentem, tenetur domino ad interesse.in Spec.de restit.in integ.in ij. parte.§.ij.uersi.sed quam uocas.

Procurator cùm conuenitur, quomodo libellus concipiatur. in Spe.de lib.conce.§.iam nunc uidendum.uer.si uerò prælatus.& seq.

Procurator in criminalibus causis an & quando admittatur.j̄.eod.per totum. & in Specul. de accusa. §.j. uersic. quid si accusatus. & §. sequitur uidere. uer. sed quid si fideiussor.& plenius de procuratoribus. §.j. uer. item quod est causa criminalis, cū quatuor colum. sequen. & Salic.in l.reos.C.de accusa.in cap.ueniens. de accusat. & per Alexand.in consi.cxvj.ij.parte.& plenius in l.penultim. §.ad crimen.de pub.iudi.doct.& Ange.& Imol. post Barto. ibi.& Rota in decisi.cxcvj.& doct.in l.seruum quoque.§.publicæ.de procurat. † Et per Feli.in cap. meminimus. in ultim.colum.in fin.de accus.& uide do.Pet.Philip.Cor.in consi.cclxxiij.inci. Visa. in litera D. & in consilio cccxxv.incip. Primo.per totum.in iij.parte, & in con.cxxij.incipiente, Viso.in litera A. D.E.& F.in iij.parte.]

* Procurator in criminalib. auditur, cùm libellum ineptum esse opponit.Bal.con.ccxxx.col.j.uol.ij. Aym. Cra.con.clj. nu.iij.uol.j.Aemilius Maria Manolessus.

Procurator an admittatur,ut bannitus liberetur,& contra executionem banni.Bal.in rubri.C.de iure fisc.lib.x.& Alex.in d.§.ad crimen.

Procurator non admittitur ad accusandum de falso. l. non solùm.in fi.ff.de procu.Item nec de alio crimine.l.ij.C.qui accu.non poss.& in l.penult.§.ad crimen.ff.de publi.iud. & ibi doct.& per totum.maximè,in vij. col. uersi. quæro extra gl.ubi dicit uerum,etiamsi pœna est pecuniaria.& Ioann.de Prat.in l.licet.de procur.

Procurator pro contumace excusando potest comparere in criminalibus,& facit officium iudicis conquiescere,& bannum contra eum latum non ualere.Bart.in cons.A domino Cyno de Bononia.in fi.& Bart.in pe. col.in uer. & ideo iam de facto.& Bal.in l.ubi pactum.in ult.col.uersi.ultimò inducitur.per Bart. C.de transact.

Procurator in causa criminali admittitur ad allegādum, quòd accusatio,uel inquisitio non procedat.Cy.in l.reos.C.de accusa.& ibi.Sali.& Bald.in l.ij.ad fi. C.ut nemo priua.

Procurator allegans causas absentiæ in causa criminali debet cauere.Bald.in l.exigendi.iij.col.uer.secundò quæro. C.de procura.Innoc.in cap.ueniens.circa princi.in gl.sua,in uer. accusationes.de accus.& uide Bartol. in l. penult. §. ad crimen. in vij. colum. cum sequen. uer. quæro, & intro materiam.ff.de publi.iudi.doct.& Io.de Pra.in l.seruum quoq;.§. publicæ.ff.de procur.

Procurator potest agere ciuiliter pro crimine. Bald. in l. aduersus. C. de fur. uer. item not. & suprà, Procurator. agit. uersicu.vij.

Procurator laici contra clericum in crimine sacrilegij admissus, non potest repelli in conclusione causæ. Rota in decis. ccccxxxvij.si clericus.in nouis.

Procurator in causa criminali regulariter non admittitur. d.§. ad crimen.& d.§.publicæ.Spec.tit.de procura.§.j. uer. item quod causa criminalis.Nec potest constitui.Barto.in l.licet. in pe.col.uer.xxx.oppo.de procu. glo.& Bart.in l.quamuis. C.de adult. Quod uerum, nisi ad allegandum causas absentiæ,scilicet necessariæ,non uoluntariæ,uel probabilis.Bart. in d.§.ad crimen.in viij. colum. uer.dico igitur, quod quædam. Quod fieri potest,etiam tempore feriato.l.ij.in prin.ff. de fer. Item nisi ad allegandum, quod delictum potuit impunè committi, ut quia contra bannitum.docto. & Bartol. ubi suprà, uer.iij.& Alexand. in d. §. ultim.col. Item nisi ex parte accusatoris, pro quo indistinctè admittitur procurator,si quis suam,uel suorum iniuriam prosequatur.Barto.in d. §. ad crimen. & in l.licet.in princip.ff.de procu. Item nisi pro homicidio pœna ex forma statuti esset pecuniaria:quia tunc admittitur procurator, si est consuetum, aliàs non.

Barto.not.in l.licet. §. idem scribit.in ulti. colum. uer. item facit ad q. in lect. noua.ff.de pecu. Sed uide Bart. in d. §. ad crimen.in vij.col.uer.quæro extra gloss.& ibi Alex. & tenet Bald.in l.cùm in fundo.§.si fundus.ff.de iure dot.quod admittitur. Item nisi in actione populari post litem contestatam.l.licet.in princip.& ibi Bart.ff.de procu.& Alexand. in d.§.ad crimen.& per Bald. & Alex. in l. aduersus. C. de fur. Item nisi pro reo carcerato, secundum docto. ubi suprà. & Rota in deci.cciiij.licet.in nouis.& Alexand. in d.§. ad crimen.ubi plenius. Sed Card.& Abb.contra Barto.in d. c.ueniens.de accusa.& per Bal.in d.l.reos.de accu.cum l.ij.C.de plagiarijs. Item si iudex uelit principalem comparere, tanquam melius informatũ, potest procuratorẽ repellere, qui aliàs esset admittendus. Bart.sing.in l.ij.§.defendi.prope finem. ff.ex quibus cau.in posse. ea. Quæ doctrina fecit mihi honorem coram pontifice Sixto hoc anno in causa Cechi de Picchis,ciuis Romani.& j.uer.seq.Addo Bart. in l.fin. in uer.ultimò nota practicam.C. de procu.Item si allegatur absentia per procuratorem, non retardatur processus. s. uerbo,Absentia.uersic.50.Et de qua allegatione absentiæ,uide s.uer.Causa.el j.uer.lxxxviij.

* Procurator in criminalib.admittitur ad defendendum exulem,cui aliud crimen obijcitur, cùm esse ut exul ad se defendendum uenire nullo modo posit.Ias.consi.cxliiij. uol.iiij. nu.ij.Aemilius Maria Manolessus.

10 Procurator ad respondendum inquisitioni, uel accusationi de crimine,non admittitur,nisi ad confitendum. Bal. in addi.Specu.de procur.uersi.ad media causæ.iuncto uersicu.in criminalibus.not.in l.qui seruum.de interrog. acti.& Ange. Areti.in tractatu Maleficiorum. uersic. banniat. iiij. colum. non ad negandum.& Alexand.in d.§.ad crimen. Sed potest iudex requirere principalem tanquam melius de ueritate informatum,ut compareat,ut inspiciatur quo uultu,& quo pallore loquatur: quo casu debet comparere, nec admittitur procurator, etiam habens speciale mandatum, etiamsi pœna pecuniaria uenit imponenda pro crimine,secundum Bartol. in d.l.ij.§. defendi. ex quibus cau. in pos.ea. & suprà dixi proxi. uer.& no.in l. fi.& ibi gloss. not. in uersic. iustiores.C. de procu.& ibidem Bar.in uer.ultimò no. practicam. & Bart.tenet in d.l.seruum quoque.§.publicè.in fin.colum. uersic.sed dices,quomodo.& Ioan.de Imol. in l.qui bona.§. qui alienæ.de dam.infecto.& do.Gemi. in c.j. de iudi. in vj. & ibi Ioan.de Imol.Angel.in d.l.fi.& in l.si actor. de procur. Sed Ioan.de Imola contra in dict.§.ad crimẽ. qui tenet cum Salic.in di.l.reos. Tu concorda, quòd reus cogitur comparere, si contra eum sunt indicia,& torqueri posit, aliàs nõ, secundum Pet.de Ancha.in d.c.j.& Barto.in d.§.publicè.& sentit in d.l.fin.& Gandi.tenet in tractatu Maleficiorum, in rubrica,utrum procur. potest interuenire in causa criminali. Idem tenet Cyn.in l. reos. C.de accus. Angel. Are. ubi s. Bal.in d.§.publice.ul.col.Salic.in d.l.reos.& do.Ange.in addit.ad Ange.Aret.ubi sup.

Procurator in causa criminali admittitur, quando pœna est à relegatione inclusiue infrà,non si ultra.d.l.seruum quoque. §.publicè.& Bar.post gl.ibi.in j.col.in fin.uer. ego disputationis causa.in d.§.ad crimen.in iij.col.uer.tertiò opp.& ibi Imo. & docto. Cyn.& Salic. qui aliter loquitur in l. reos. C. de accus.

Procurator in causa criminali pecuniaria admittitur.doct.ubi s.nisi iudex uelit principalem melius informatum comparere.sup.eo.uer.ix.& x.

Procurator in causa criminali si admittitur.debet habere mandatum speciale ad sic respondendum tali inquisitioni, uel accusationi.doct.Iac.Butr.Bart.ad fi.& Bald.in j.colum.uer si.quæritur,utrum.& Ange.in l.fin.C.de procur.& per Bart. in l.non solum.in ulti.colum.uersi.contra hoc.ff.eod.tit.Inno.in ij.col.magna.in fin.uersi.alij aliter dicunt. & Imo.in c. super his.de accu.Adde Bald.in l.reos.in viij.colum. uersic. quæro,an in criminali.C.de accu.Ioan.Andr. in clem. ij. de procura.Ange.de Are. ubi sup. Nec sufficit mandatum speciale,secundum Bal.in l.obseruare.in fin.col. uersic. deinde not.C.quorum appel.non reci.& in l.reos.xij. col. ff. de accus.& l.sed si unus procurator. de iniur. nec mandatum ad negocia:ut ibidem,per Bald.

Procurator ad defendendum à crimine non admittitur,nisi in casu necessitatis.Bald.in l.j.§.ne autem.in j.col.in fin. uersi. sed nunquid per alium.C.de cadu.tol.

Procurator in causa criminali,in qua per formam statuti dominus potest damnari capitaliter,admittitur non ad defendendum, sed ad allegandum causas absentiæ: secundum Bart. in d.§.ad crimen.in iij.col.& iij.oppo.& ibi Alex. & ibi Bar. & in extrauagan.ad reprimendum. uer.legitimè. & Butr.in c.ueniens.de accusati.Contrarium tenet Imo.in d. §.ad crimen.Ang.in l.reos.C.de accusa.vj.fallentia.& j. eod. uersic. xxviij.& per Bal.in l.is, qui reus. in penul.colum. de publi. iudi.& Ioan.And.in Spec.de procur.

Procurator debet admitti in causa criminali, non corporali, sed in pecuniaria,licet possit repelli in alia corporali, quando unus est inquisitus de pluribus, quorum aliquod est pœna corporis,aliquod pœna pecuniaria puniendum. Bart. in l. iam tamen. §.fin.ij.oppo.ff. iudi.solui.& Angel. Areti. ubi suprà.

Procurator si admittatur in causa capitali,in qua nõ est admittendus,ualet processus etiam in fauorem rei.glo.in cap.j.de iudi.in vj.& glos.in l.quamuis.la j.in uerbo, præsentium.C. de adulte.Bart.in d. §.ad crimen.ult. q. Barto. contra in d.l. reos.in v.col.magna,in uer.quæro quid si illa exceptio, & ibi uide per docto.& sup.uer.Processus. uersi. xxxiij. & lxx. & Alexan.in d. §.ad crimen. quod ualet usquequo opponitur.Addo Spec.in titu.de procurat.§.j. in uersicu. sed pone, quòd in causa.

* Procurator in causis, in quibus de criminibus & capite agitur,quanquam admittendus non est.l.seruum quoq;. §. publico.ff.de procur.l.pen.§.ad crimen. ff. de publicis iudici. si tamen fuerit admissus,eiq; oppositum non fuerit,processus & sententia ualet. gl. in l. quamuis dubitati. de adulteri. Bal.in l.ita demùm.C.de procurat.& in d.§.publicè.ac in c. ex conquæstione.de restit.spoliato.Ioan.And.in c.j. de iudici.in vj.Iason con. clxviij.in princip. uol.ij. à quibus tamen dissentit.Bar.in d.l.penul.d.§.ad crimen.cum gl.Bal.Ioan.& Iason sentit deci.con.cccclxix.col. fin.Ay.Crau. con. ccxx. nu.iiij.uol.ij.Aemilius Maria Manolessus.

Procurator in causa criminali admittitur pro personis illustribus. Bartol. in l. si quando. C. de iniur. & Specul.in titu. de procura.§.j.uer.sed præcedens regula. quia nõ possunt personaliter detineri.l.medicos.C.de profess.& medic. Nec torqueri.l.j.C.de quæstio.& tenet do.Aug.in additio.Ange.de Areti.ubi suprà.

Procurator quibus causis admittatur in causis criminalibus, uide omnino Ange.in d.§.ad crimen.& in d.l.reos.& glo. in c.ueniens. in glos.j. de accus. & ibi docto. Adde casum per Bart.in l.fin. C.de iniur.& in Specu.de procura.§.ratione igitur. uer.sed præcedens regula fallit, ubi enumerat casus. & Rota in decisi.cxcvj.

20 Procurator potest interuenire, ubi agitur de nullitate sententiæ latè in causa criminali. Casus fin.in cap. hæc quippe. ij.quæst.vj.

Procurator in criminalibus potest interuenire, si non opponatur.s.eod.uer.xvij.

Procurator pro ecclesia, uel uniuersitate accusata de crimine potest interuenire.Spec.tit.de procur. §. j. uersi. item quod est causa criminalis.& seq.& Bart. in l. ij. ff.de accu. & Alex. in d.§.ad crimen.ubi idem dicit,si uniuersitas accusat.

Procurator quando admittitur in causa capitali, debet dominus condemnari,non procurator.gl.& doc.in c.nihil. C. de procura.& in l.ij.C.de accusatio.& in l.seruum.§.publicè.in fi.de procu.Alex.in d.§.ad crimen.

Procurator admittitur in causa criminali in casibus,in quibus contra defunctum inquiritur ad damnandum eius memoriam.gl.xxxiiij.q.v.fanè.Alex.in d.§.ad crimen.

Procurator in causa capitali pro uniuersitate admittitur. gl.in l.sed si hac.§.fi.ff.de in ius uo.Bal.in l.ij.ff.de accus. Alex. in l.aut facta.§.fi.de pœnis.

Procurator an posit interuenire in causa criminali,in qua abbas petit monachos detrudi in carcerẽ. per do. Gaspa. Cal. in con.iij. Addo s.Mandatum speciale.uer.xxj.

Procurator ad opponenda crimina contra aliquem constitui potest,etiã cum speciali mandato.s.uerbo,Mandatum speciale.

ciale.uersicu.lxv.Innoc.in cap.super his.de accusa.in ij.col. magna,in fin.uer.alij aliter dicunt.

Procurator non admittitur pro contumace, qui ex forma statuti habeatur pro confesso,& condemnari possit. Bart. fin. in extrauaganti,ad reprimendum.uer.legitimæ.& But.in c. ueniens.de accu.quod Ioan.de Imol. uidetur infringere in d.§.ad crimen.v.charta.Sed dic ut s.eodem.uersi.xv.

Procurator in causa capitali admittitur ad opponendum exceptiones dilatorias, uidelicet inepti libelli, & incompetentiæ iudicis.Bart.in d.§.ad crimen.in antepe.col. uer. uidi, quod prædictarum.per Sali.in d.l.reos.Alex.in d.§.v.

30 Procurator carcerati alibi admittitur ad allegandum absentiam in loco, in quo inquiritur de crimine contra carceratum.suprà uer.Carceratus.uersi.lxx.cum seq.

Procurator in causa capitali admittitur pro carcerato ad appellandum,& prosequendum appellationem.l.non tantùm. & ibi Bar.in ij.oppo.ff.de appel.Bal.in addi. Spec. de appella. in secundis addit.uer.condemnatus.& in tit.de pace Constan.§.damna.Ang.in l.tale.§.qui prouocauit. ff.de pactis.licet Ang.contra.& ibi Ioan.de Pra.in d.§.publicè. & Sali. in l.reos.C.de accu.Butr.in c.ueniens.de accusa. Petr.de Sun. in l.eos.§.super his. C.de appel.& in Spe.de accusa. §.j. uer. quid si accusatus.& §.sequitur uidere. uersic.quid si fideiussor.& suprà Appellatio à sententia capitali. uers. j. & in uerbo, Appellatio à capitali.uersi.j.

Procurator ad remouẽdum clericum à beneficio admittitur. c.ex parte.de testi. Io.de Pra.in l.non solùm.§.fi.ff.de pro.

Procurator contra uxorem adulteram remouendam de matrimonio admittitur.c.tuæ.de procura.Io.de Pra.ubi suprà.

Procurator non admittitur in actionibus popularibus. l.licet. in prin.& ibi Bart.ff.de procur. l.sicubi. de uerb.signi. Paul. de Cast.in l.si quis id,quod.de iu.om.iu.

Procurator in causa suspecti tutoris criminali, in qua petitur tutorem puniri,non admittitur,si pœna est supra relegationem:sed ex parte accusatoris non potest interuenire, nisi secundum quod dicitur in alijs popularibus actionibus. Bar. in l.decreto.de suspe.tuto.uer.quærit glo.Nicola. de Neap. in l.planè.de excusa.tut.uer.quærit.gl.in lec.Bart.aliàs est l. tutor.§.tutorẽ.uersi.gl.in l.planè. quod ad accusandũ procurator non admittitur, sed ad defendendum sic. sed si ciuiliter agitur,scilicet ad remouendum admitti tunc ex parte rei procurator.l.non solùm.§.item aliud.& ibi glo.Ioan.de Prat.& doct.ff.de procuratori.& per Bal.in l.reos.xj. col. C. de accusa.& in l.penult. C. de autho. præstan. Addo Bart. in d. l. penult.§.ad crimen.in ij. col.uer. oppo. ad crimen suspecti. ff.de publ.iudic.

Procurator in causa capitali admittitur ad defendẽdum, quãdo quis est accusatus de muliere, & dubitatur de morte. Barto.in l.prætor ait.in prin. uer.item facit ad q. ff. de damno infecto.

Procurator in causa criminali ciuiliter mota potest interuenire.l.quamuis iudubitati.C. de adult.Barto. in l. decreto. de suspe.tut.uer.quærit Azo.

Procurator non potest accusare de capitalibus delictis procuratorio nomine.Bald.in l.Polla.C.de his, qui.ut indig. uer. quæro.

Procurator in causa criminali admittitur, si dubitatur an uulnus sit mortale,uel non.Bart.in l.prætor.in princi.& ibi Alexan.de dam.infect.& Bald.in l.elegáter.§.si dolo.ff.de dolo.& Alex.in d.§.ad crimen.ubi dicunt uerum,si compareat sub conditione,id est, si apparuerit uulnus nõ esse mortale.

Procurator in causa capitali admittitur ad probationem notorij.Bal.in l.ij.C.ut nemo pri.Alex.in d.§.ad crimen.

40 Procurator in capitalibus admitti non debet, etiam uigore rescripti,quod allegare prohiberetur,cùm rescriptum nõ ualeat.not.in l.fi.ff.de iureiur.Ioan.de Imol.& Alexan. in d. §.ad crimen.

Procurator in causa capitali non debet admitti per papam,uel Imperatorem de potestate ordinaria. c. ueniens.de accu. ut per delegatum.c.j.de offi.iudi.in vj.Ioan.de Imo.& Alex.in d.§.ad crimen.

Procurator in criminali causa etiam socius pro socio an audiatur.j.Socius.

Procurator non admittitur in causa criminali,in qua pœna est arbitraria,licet consueta ueniat imponenda.Bart.in d. §. ad crimen.iiij.col.

Procurator in inquisitione potest uenire. in Spe.de inquisi. §. j.uer.item potest.el ij.

Procurator appellat, & prosequitur, uel non: ut infrà eod.per totum.

† Procurator constitutus in causa principali an intelligatur constitutus etiam in causa appellationis.uide do Alex.de Imol.in consi.xxxvj.in ulti.col.in ij.parte.]

Procurator causæ principalis non cogitur esse procurator in causa appellationis.Bart.in l.qui proprio. §. item quæritur. in ulti.oppo.ff.de procu.s.uer.Aduocatus.uersi. vij. & prosequi non tenetur.in Spec.de fala.§.iij.uer.sed nunquid aduocatus.de procu.§.j.in v.charta,uer.quid si procurator intercessit.& seq.in c.non iniustè.eo.tit.& Car.in cle. j.eo. tit. v.no. Quod est uerum in procuratore ad litem, non ad negotia,quia tenetur prosequi.

Procurator litis licet prosequi non possit appellationem à diffinitiua sententia,per l.inuitus. C. de procur. tamen appellationem ab interlocutoria potest prosequi. Bart. in l. non cogendum.§.fin.in fin.ff.de procur. & in l. cùm procuratorio.in fin.princip.ff.de ope.no.nun.& tenetur prosequi: ut ibidem.& j.eod.uer.vj.

Procurationis officium nemo cogitur suscipere & licet procurator teneatur appellare,non tamen tenetur prosequi causam appellationis.l.inuitus.C.de procu. Quod tamen limita pluribus modis,ut per Iacobi.de sanc.Geor.post alios ibi in j.col.& seq.†

Procurator causæ principalis an duret in causa appellationis. per doc. & Fran. de Capi. list.in l.fi.C.de procu. & quod habetur per gl.& doc.in l.j.C.de suffra.& j.eo. uer.ix.quòd nõ.

Procurator ad appellandum constitutus potest appellare ab executione sententiæ, à qua non posset appellare principalis.arg.l.si procurator.de condi.indeb.Ang.Aret.in l.ab executione. ff.quorum appel.non reci. Et tunc requiritur speciale mandatum,cùm potest appellari:ut ibi.& tenet Barth. Cæpol.in c.ij.de appel.

Procurator appellás ab interlocutoria tenetur eam prosequi. Bart.in l.inuitus.in ij.col.uersic. & prædicta intelligo. C.de procur.per l.si quis rem.& l.ad legatum.ff.eod.tit.& Pau.de Castr.consi.xxvj.incipit,Super primo dubio & sup.eo.uersicu.iij.& Barto.in l.cùm procurator.de oper.noui nun.& ibi per Alex.ubi suprà.

Procurator ad appellandum reuocatur, si dominus appellat. j.uer.Procurator reuocatur.uersi.xxiij.

Procurator an caueat in causa appellationis.sup.uerbo,Procurator cauet.uer.xxv.quòd non,si cauit in causa principali.

Procurator desinit lata sententia, & appellatione interposita, nisi sit constitutus etiam ad prosequendum appellationem, quo casu si sine protestatione suscepit mandatum, tenetur prosequi.Rota in deci.xxj.

10 Procurator appellando non fit dominus litis.Bal. & Pet.de Su.in l.dominus.C.de app. ubi uide.

Procurator substituens potest in causa prosequi, & appellare cogitur,deficiente substituto cum clausula, donec reuocauerit.Rota in deci.ccclxxxvj.fuit dubitatum.in nouis.

Procurator sine mandato in causa appellationis non admittitur.etiã cum cautione de rato.Gul.de Cu. in l.Pomponius. §.sed & is Ioan.de Pra.in l.non solùm.de procur. in §. qui alieno.v.col.

Procurator in causa appellationis potest producere mandatũ non productum in causa principali. Cy. Bal. in ult. col.Pet. de Su.& docto.in l.per hanc.C.de tempo.appell.

Procurator potest renunciare appellationi.s.Procurator prę iudicat.uer.xxx.

Procurator uictus potest appellare, & substituere ad appellandum,non tamen tenetur prosequi.in Spec.de procur.§.j. v. charta.uersi.quid si procurator intercessit.

Procurator si non prosequatur appellationem, tenetur ad interesse.s.Procurator conuenitur.uersi.xxij.

Procurator causæ appellationis an reuocetur.in l.dominus.& ibi Bal.C.de appel.

Procurator ad comparendum in causa potest appellare ab interlocutoria,& restitutionem in integrũ petere, & omnino conne-

connexa,uel dependentiã à causa facere.Paul. de Cast.con. xxvj.incipit,Super primo dubio.

Procurator ad causam sopitam potest petere restitutionem in integrum. Casus fin. in l. qui proprio. §. item quæritur. de procur.secundum Ludo.in sing. uer. Mandatum. uer.quæro,quidam,&c.

20 Procurator quando petat restitutionem in integrũ. in Spe. de rest.in integ.in ij.parte,§.ij.uersi.prælatus.

Procuratoris legitimatio in causa principali sufficit in causa appellationis.sup.uer.Legitimatio mandati.uersi.ij. Bal. in l.ita demum.in j.no.C.de procur.

Procurator appellans per maliciã punitur extraordinariè.Bal. in addi.Spec.de appel.in secundis addi.uer.si procurator.

Procurator in causa capitali potest appellare, & prosequi pro condemnato.suprà,uer. Procurator in criminalibus causis. uersi.xxx.

Procurator ad agendum potest appellare.Bart.in l.j.§.si aduersus.in fin.ff.quando appel. sit.& suprà in uerbo, Procurator qualiter.uer.xlix.

Procurator actoris uolens non potest appellare, & prosequi, sed procurator rei sic.Bar.in l.inuitus.C.de procur.

Procurator generalis ad causas præsentes, & futuras, tenetur appellare,& prosequi. d.l.inuitus.& ibi Barto.in ij. col. uer. quæro, nunquid. & suprà, in uer. Procurator generalis. in uer.xxix.non procurator ad litem simpliciter. Cardi.in cle. j.v.not.eod.tit.

Procurator ad sententiam audiendam constitutus,non potest appellare.Archi.ij. q.vj. non solùm. Bald.& Phil.in c.Nicolao militi.de appel.& ibi uide Phil.in viij.q.

Procurator ad litem contestandam constitutus, potest appellare.l.qui procuratorem dat.ff.de proc.Bal.in d. c. Nicolao. & ibi Phi.ix.q.de appel.

Procurator ad agendum, appellandum, & prosequendum, si appellauit,tenetur prosequi.Rota in deci. cl. si procuratori.

30 Procurator causæ appellationis potest confiteri aliquid factũ esse in causa principali.Bald.in addi. Spe.de procu. uer. procurator causæ appellationis.& ibi Spec.uer.quid si procurator.§.j.& nocet domino.ut ibi.

Procurator constitutus ad appellationem, quæ uertitur, non habet sufficiens mandatum, si non uertitur appellatio tempore mandati,uirtute uerbi Vertitur,quod est tẽporis præsentis.in Spec.de proc.uer.sed pone capitulum. arg. contrà in l. Titius. de libe. & posthu. sed ibi erat in utero : & ad id, quod est in rerum natura, potest adaptari tempus præsens & præteritum. Item arg.contrà in l. pe. de test.tu. Sed illud ex natura conditionis,& substitutionis, quæ prospicit futuris casibus.Ita Bald.in addi. Spec.de procur.uersi.procurator constitutus ad appellationem.

Procurator an possit appellare.Item,

Procuratore non appellante, an dominus possit appellare. in Spec.de appel.§.j.in princip.& seq.Abb.in cap.j.ut lite non contest.& §.contumaciæ procuratoris. uer.j. & per Bartol. in l.j.§.fin.& ibi gloss.& Alexand.quando app.sit.& per Bar. & docto.in l.si procurator.si quis ius di.non obtem.Vide omnino Bal.in l.ab eo.ij.col.quomodo & quando iu. & in auth.hodie. C. de app. an si dñs reuertatur post decem dies possit appellare à sentẽtia, à qua nõ appellauit procurator.

Procuratoris scientia an arctet dominum ad appellandum intra terminum. in Specul. de appella. §. qualiter. uer. quid si procuratori.

Procuratori, qui frustratoriè appellauit,imputatur,uel qui de causa nihil nouit. in Specu. de expen. §. nunc uidendum. uer.utrum.

Procurator substituit,uel non,ut inf.eod. per totum.& de procuratore substituto.

Procurator prohibitus substituere potest mittere nuncium, qui non dicitur propriè substitus.Bald.in rubri. C. de institoria.ij.col.uer.unum scias.

† Procurator non potest ante acceptilationem mandati substituere.do.de Rota,deci.cxlv.in nouis.]

Procurator substitutus debet iterũ iurare de calumnia.§.Procurator iurat.uer.penulti.

Procurator post litem à se contestatam potest alium procuratorem facere substituere.in Spec.de lit.conte. §. fi.uer.item pòst,non antè.& j.eod.uer.vj.& xv.

Procurator ad exigendum potest alium procuratorem substituere.quia habens mandatũ ad exigendum ab inuito, & sic ad iudicia,& à sponte soluente,& sic ad negocia,potest substituere tanquam procurator ad negotia, licet non tãquam procurator ad iudicia.Bald.& Franc.de Capi. list. in l.quod quis. in j. col. C. de procurato. facit l. si procuratorem. §. si quis.& ibi Bart.ff.mandati.

Procurator constitutus post litem contestatã an possit alium substituere.Bartol.& docto.in l.nihil.in uer. quæro,an procurator.C.de procu.& l.quod quis.eo.ti.& j.e.uer.xv.& sic.

Procurator substituẽs cum clausula,donec reuocauerit, uidetur reuocare,si post ipse procedit in causa, licet substitutus acceptauerit.Rota in dec.ccclxxxix.si procurator. in nouis.

† Procurator habens mandatum ad substituendum,an si substituerit aliquem inhabilem, poterit eum reuocare, & allegare se errasse:& an tunc contra procuratorem poterit allegari functus esse officio suo,uide Felin.in c.in literis.circa fi. ij.col.de offi.deleg.]

Procurator ad substituendum in articulo mortis, si substituit, non finitur mandatum substituti morte substituentis. Rota in deci.ccccviij.si aliquis.in nouis.

10 Procurator substituens non ratificat gesta substituti, nisi expresse.Rota in dec.ccccliх.fuit dubitatum.in nouis.

Procurator releuatus ab onere satisdandi per dominum, non propterea uidetur habere mandatum ad substituendũ. Rota in deci.cccvj.in anti. & Lau. de Fano in l.in quorum.xxj. col.ff.de pigno.

Procurator substituens non potest reuocare substitutum ante litis contestationem.c.is,qui.de procura.in vj.facit l. quod si fortè.de solu. Bar.& Io.de Pra. in l.post litem. in ulti. q. ff. de procura. nisi habuerit in mandato, secundum Ioan. de Pra.ibi.& in l.j.v.col.ff.eod.tit.

Procurator cum potestate substituendi, & reassumẽdi officiũ, seu reuocandi substitutum, potest quandocunque causam reassumere reintegra, licet in ea alium substituerit. Rota in decisi.clxxxvij.si procurator.in nouis.

Procurator substitutus à procuratore an possit per dominum reuocari.doct.& Ioan.de Pra.in d.l.ante litem.

Procurator substitutus à procuratore,si comparet substituens mandato iudicis,tanquam melius informatus, non uidetur reuocatus, si postea substitutus comparet in causa. Rota in decisi.cccvij. item si procurator habens mandatũ. & sequitur Geminia.in c.si quem.§.secus.de procura.in vj.

Procurator ad lites non potest substituere alium ante litẽ contestatam,sed post.l.quod quis.& ibi Bar.& doc.C.de procu. & ibi Bal.in ij.q.nisi procurator in rem suam.& ibi per Bart. & Bal.in j.q.per l.illam.C.de dona.& secundum Sp.de procu.§.j.in v.charta.uer.quid si procurator intercessit.

† Procurator ad lites non potest aliũ substituere.l.quod quis. C.de procura.Limita prædictam regulam septem notabilibus modis,ut per Iacobi.de sancto Geor.ibi.]

Procurator ad negotia potest aliũ substituere quãdocunque. l.si procuratorem.§.fi.ff.manda. Quod uerũ,si est generalis, non si est specialis.Bart.in d.l.quod quis.& l.fi.§.j. de diuer. & tempo.præscrip.

Procurator substitutus cauet de rato. Bart.in l. de curatore. ff. de cura.bo.dan.in fi.prin.uer.quæro,procurator. Quod uerum, si substitutus est absens, & de mandato ad substituendum dubitetur.uide in Spe.de procur.§.j.uer.& nunquid.

Procurator nõ potest post litem contestatã substituere alium, domino inuito.Io. de Pra.in d.l.ante litem. vj.col.de procu. & ibi dicit,quòd est quæstio noua.

Procurator, pro quo dominus cauit iudicatum solui, non fit dominus litis,ut ante litem contestatam possit substituere. Ang.& Pau.de Castr.in l.si defunctus.ff.de procu.

20 Procurator constitutus post litem contestatam,non potest alium substituere,cùm non sit dominus litis.in Spe. de procu.§.j.in v.charta,uer.quid si procurator intercessit.

Procurator cum potestate substituẽdi potest etiam substituere ante litis contestationem.Spec.de procura.§.j.in ij. char. uer.quid si procurator constitutus.

Procurator cũ potestate substituendi, si sciuit Titiũ aliquid gerere ut substitutum ipsius, potest Titiũ substituere, & uidetur ra-

tur ratificare primo gesta. Rota in decis. ccccliij. item fuit dubitatum, utrum procurator. & But. in c. ex parte decani. de rescri. & Alex. in l. Iulianus. qui satis. cog.

Procurator non potest alium substituere in his, quę requirunt industriam certi hominis: aliàs sic. Bald. in l. j. §. ne autem. in ij. col. uersic. item procurator. C. de cadu. tollen. per l. si procuratorem. §. j. ff. mandati.

Procurator potest constitui, etiam cum potestate substituendi incertum, id est, quem ipse uoluerit. Bart. post gloss. & doc. in l. j. in prin. in secunda opp. ff. de procur.

Procurator ad unum factum potest alium substituere. l. si ego tibi. & ibi Bar. ff. quod ui, aut clàm. quam legit cum l. aut qui aliter. in fi. eo. tit.

Procurator substituens cum clausula, donec reuocauerit, potest, & debet in causa prosequi, & appellare. s. Procurator appellat. uer. xj.

Procurator ad substituendũ si substituat, tenetur notario causæ pro mercede, si substitutus sit absens, uel mortuus. Rota in decisio. cccvj. licet. in nouis.

Procurator ad substituendum si substituit, & substitutus contestatus est litem, non dicitur reuocare substitutum, respondendo positionibus, uel aliud faciendo in causa de mandato iudicis. Rota in dec. cccxxj. si procurator. in nouis.

Procurator contra debitores datus, si substituit unum ex debitoribus, potest etiam contra eum agere. Bal. in l. si consul. de adop. & Ioan. de Pra. in l. licet. §. si plures. ff. de procur.

30 Procurator ad uendendum non potest alium substituere. Bar. sing. in l. j. in fi. ff. de offi. procur. Cæs. Quod est uerum, si est electa industria personæ eius: ut ibi. & Pet. de Sun. in l. si quis. §. si seruus. de rei uendi.

Procurator dominus litis si substituat, actio mandati datur inter ipsos, non domino. Pau. de Cast. cons. cv. incipiente, Super primo quæsito. in iij. dubio.

Quarta per constitutionem inducta non habet locum in legatis pijs. Bal. in auth. similiter. C. ad legem Fal. uer. & idẽ puto.

Quarta simpliciter petita intelligitur de ea, quæ debetur ex forma statuti, uel consuetudinis. Innoc. in c. certificari. in j. col. magna. ad fi. de sepul. & s. uer. Quarta. el j. uersi. ij.

Quarta non petita per episcopum certo tempore, an petatur, non obstante præscriptione. Bal. ubi s. vj. col. uer. modò hic.

10 Quarta debetur episcopo, nõ autem archidiacono subiecto episcopo, & habenti ecclesiam subiectam sibi. Pet. de Peru. in tractatu Cano. episcop. viij. charta, uer. iiij. principali post Innoc. in c. requisisti. de testa. ubi dicit uerum, nisi archidiaconus habeat iurisdictionem episcopalem in ecclesia: sed Innoc. hoc non dicit in libro meo.

Quarta deducitur secundum consuetudinem loci, in quo res sitæ sunt. in Spec. de fer. §. j. uer. sed pone.

Quarta debetur episcopo de relictis factis hospitali cõstructo, authoritate episcopi. Bald. in l. orphanotrophos. in fin. C. de episc. & cler. & in d. §. in omnibus. xij. col. uer. sed iuxta hoc quæro. ubi plenius. & in auth. hoc ius porrectum. in ij. col. in uersic. sed hîc quæro. C. de sac. san. eccles. & in suo consil. In Dei nomine, amen. Quidam ciues Ameliani, &c. & do. Recuperius in consil. Aliqui laici, &c.

Quarta episcopo debetur de legato pio, licet de re non apta ad pium usum. Bal. in l. si filius. C. fam. ercisc.

Quarta episcopalis non debetur, nisi à subditis ecclesiæ, sed

Quarta parochialis debetur etiam ab exemptis. Ioan. And. in c. cùm in officijs. de testa. Bal. in d. §. in omnibus. iij. col. uer. iuxta hoc quæritur. & per Bal. in Marg. uer. Libellus. uer. j.

Quarta episcopalis quomodo petatur. Innoc. in d. c. certificari. de sepul. in gl. sua, in uer. diuersitatibus. Addo Bal. in d. §. in omnib. in j. col. uersic. iuxta hoc quæritur. quòd competit actione ex testamento episcopo.

Quarta episcopalis quare debeatur episcopo pro relictis factis suis ecclesijs. Bal. in d. §. in omnibus. j. col. in uer. ego uerò in hac materia.

Quarta episcopalis debet peti ab episcopo, non ab hæredibus testatoris, sed ab ecclesijs. Bald. in d. §. in omnib. j. col. uer. iuxta hoc quæritur. Sed Pet. de Peru. contrà in consil. Cùm quæritur, an ante annum, &c. quod debet peti ab executoribus, sed solutis legatis debet peti à legatarijs. Io. An. & Host. in c. de his. de sepul.

Quarta episcopalis debetur episcopo etiã à monasterijs exemptis. Innoc. in c. j. in gl. mag. de sta. mo. & Bald. in d. §. in omnibus. in iij. col. cum duobus sequentibus, in uer. redeo ad primum.

20 Quarta episcopo non debetur de relicto facto uni ex fratribus Minoribus sancti Francisci, pro libris uel pro alimentis. Bal. in d. §. in omnib. in iiij. col. uersic. ex his præmissis.

Quarta nõ debetur episcopo pro relicto facto presbytero pro missis dicendis. Bal. in d. §. in omnib. v. col. uer. & per hoc apparet, quòd opinio. & gl. in cle. dudum. uer. funeralibus. de sepul.

Quarta nõ debetur episcopo pro fabrica, uel pro alio certo relicto ad certum pium usum. c. fi. de testa. Bal. in d. §. in omnibus. in iiij. col. uer. secunda conclusio est. Quod est uerum, etiamsi relictum sit factum ad piam causam, prout Titius elegerit, & Titius eligat ecclesiam fieri de eo. Bar. in l. unum ex familia. §. j. de leg. ij. uer. & Dy. inducit. & j. eo. uer. xliij.

Quarta debetur episcopo, etiamsi specialiter non nominetur in testamento. l. fideicommissa. §. interdum. de legat. iij. Bal. in d. §. in omnibus. in j. col. uer. iuxta hoc quæritur.

Quarta episcopo non debetur ex relicto nullo facto fratribus Minoribus. Bal. in d. §. in omnibus. uer. tertia conclusio est, in iiij. col.

Quarta de relicto pro fabrica facta fratribus Prædicatoribus sancti Dominici, non debetur episcopo, nisi ex pacto sit aliud prouisum. per c. quia ex eo. de pact. in vj. Bal. in d. §. in omnibus. v. col. uer. uenio ergo ad quæstionem Prædicatorũ.

Quarta debetur de eo, quod testator mandat dari fratrib. gl. & Card. in cle. dudum. §. uerum. ij. q. de sepul.

Quartæ ualet cõuentio inter episcopum, & parochiales, & fratres. Card. ubi s. in §. nos. q. viij.

Quarta episcopo de relictis fructibus ad cultum certæ capellæ, an debeatur. Paul. de Castr. consil. ccxlv. incipiente, Videtur mihi dicendum, quòd non.

Quarta episcopo debetur, etiam de his, quæ testator in infirmitate, de qua moritur, dispensat pro anima, licet in uita sua. cle. dudum. & ibi gl. uerbo, indirectè. in prin. de sepul. & ibi Car. x. q. non de oblatis in sanitate. ibi. q. xj.

30 Quarta decimarum debitarum ecclesijs parochialibus debetur episcopo de iure communi. c. de quarta. de præscript.

Quarta oblationum pro mortuis factarũ ecclesiæ debetur episcopo. d. c. de quarta.

Quarta decimarum, & oblationũ debita episcopo, potest per episcopum donari cuicunq; ecclesiæ. xij. q. iij. in fi. Quod uerum est, cum consensu capituli. Hosti. & doct. d. c. de quarta. & ibi Panor. iij. col. in prin. uer. not. gloss. & c. pastoralis. de donat.

Quarta decimarum, & oblationũ debita episcopo, potest præscribi in totum. d. c. de quarta. & ibi doct. & Abb. in ij. no. dicit esse singularem casum in quarta oblationum.

Quarta debetur episcopo de relictis factis pro mortuarijs, & pro funeralibus, & omnium, quæ pro anima proueniunt ad ecclesiam parochialem. Bald. in d. §. in omnib. ix. col. uersic. sed oportet hoc in dubium reuocari. Idem Car. in §. uerum. q. xxviij. præallegato. & c. conquerente. de off. or. c. de quarta. de præscrip.

Quarta debetur etiã de candelis, quæ dantur in funere ad manus. gl. in cle. dudum. uer. funeralibus. de sepul.

Quarta debetur episcopo de quarta parochiali ecclesiæ debita. Bal. in d. §. in omnibus. ix. q. uer. sed oportet hoc in dubiũ reuocari, & formo talem quæstionem. Io. And. in d. c. certificari. §. x. uer. de secunda. de sepul. & Bal. ibi. x. col. Quod est uerum, nisi de relictis factis ecclesiæ parochiali, extra diœcesim. Bald. ibidem, uer. & hoc est uerum. Vide omnino Card. in cle. dudum. §. uerum. q. xxviij. de sepul.

Quarta non debetur episcopo de relictis factis ecclesiæ suæ extra diœcesim. Bal. in d. §. x. col. uersi. ulterius quæritur.

Quarta debetur episcopo etiam de relictis factis ecclesiæ non curatæ. Bal. in d. x. col. uer. sed hîc quæritur.

Quarta una debetur utriq; episcopo, & debet diuidi inter eos, quando relictum factum est ecclesię sitæ in confinibus duarum diœcesiũ. Bal. in d. ix. col. uer. ulterius quærit, an si. el j.

40 Quarta an debeatur episcopo de relictis factis fraternitati disciplinatorum, uerberatorum, seu patentium. Bald. ubi s. uer. deinde quæritur. ubi non decidit, quòd quæstio pendebat de facto. & s. eo. uer. vj. & per Alex. in rubr. de operis no. nun. iij. charta, quòd non debetur quarta de legato facto hospitali fraternitatis scopatorum, secundum Bal. ubi s.

Quarta non debetur episcopo de relictis factis uniuersitati scholarium, uel mercatorum. Bald. ubi suprà xj. col. uer. deinde quæritur.

Quarta episcopalis debet episcopo de relictis pijs, nisi sint ad certos usus. c. fi. de testa. Bar. in l. unum ex familia. §. si de Falcidia. de leg. ij. uer. & Dynus inducit.

Quarta episcopo an debeatur de relicto facto hospitali, quod ignoratur an sit constructum authoritate episcopi, & quod ei nunquam soluit quartam. Bal. ubi s. xiij. col. uer. secunda quæstio hæc est, pone commune, &c. quòd non.

Quarta debetur episcopo de relictis factis hospitali pro malè ablatis, nisi aliud obstet episcopo. Bal. in d. §. xiij. col. uer. sed modò incidenter.

Quarta

Quarta episcopo non debetur de relicto facto ecclesiæ, nō pro anima, sed pro remuneratione seruitij recepti ab ea. Innoc. in c.officij.de testam.& Bald.in d.§.xiiij.col. uer.adde,dicit Innocen.

Quarta episcopi,cui subest ecclesia parochialis,non cui sepultura debetur,quarta parochiali debita de mortuarijs sepulti extra diœcesim.Car.in d.cle.dudum.in fi.§.uerum.

Quartam episcopo non deberi ex consuetudine, potest probari per rectores ecclesiarum.s̄.Consuetudo.el j.uer.cxxvij.& j̄.Testes deponunt.uer.clxxxiij.

Quarta episcopo an debeatur de relicto distributo, arbitrio executoris. Bald.in d.§.xiiij. col.uer.sed ponamus,testator. quod erit in arbitrio eius executoris declarare : ut ibi per eum.& Pet.in tract.quartæ episc.c.ix.

Quarta episcopalis si fraudetur opera religiosorum,uide cle.j. §.ij.per Card.de priuil.

50 Quarta episcopo non debetur de relicto facto uiduæ per eā donato postea hospitali,uel ecclesiæ.Bald.ubi s̄.uer.sed pone. & Pet. ubi suprà d. c.j. ubi dicit uerum, nisi constet de fraude.

Quarta debetur episcopo de relictis factis uultui sancto, uel imaginibus sanctorum certo loco pictis. Bald.ubi s̄.in xiiij. col.uer.ultimo circa hanc materiam.

Quarta episcopo non debetur de relicto facto pro depingenda imagine episcopi uel sanctorum in ecclesia, uel pro calice.Bal. ubi s̄.xv.col.uer.si autem relinquatur.

Quarta episcopalis non potest prohiberi per testatorem.c.officij.& c.requisisti.de testa.Bald.in d.§.in omnibus.in j.col.in fi.in uer.iuxta hoc quæritur. qui dicit, quod ecclesia potest inuito te suam portionem petere.

Quarta debita ex legatis pijs certo pio loco applicanda ex forma statuti,uel consuetudinis,non potest prohiberi per testatorem.Bald.in l.filium quem habentem. in xiij. col. magna. in fin.in uer.sed adhuc quæro.C. fami.ercisc.per text.quem dicit singularem in c.Raynutius.de testa. Secus, si debita sit ex priuilegio papæ.Archidiaco.singulariter lxxxviij.distin. episcopus.secundum Lud.Pont.in singul.uer. iiij. uer. nota pulchrum.

Quarta parochialis debetur ecclesiæ parochiali tam de relictis omnibus,quàm etiam de oblationibus,etiam de candelis, & alijs, quæ dantur altari, uel ecclesiæ in qua sepelitur defunctus:secundū Abb. antiq. in c.in nostra. de sepul.& Bal.in Marg.uer.ecclesia.uer.vij.& Pet. de Peru. in tract.quartæ parochialis.ij.q. prin. uer. demùm quæritur incidenter.

Quarta parochialis debetur ecclesiæ de relicto pro dote capellæ factæ ecclesiæ fratrum Minorum.Alex.consil.cxv.ij.parte,ubi plenè de materia.

Quarta parochialis differt à quarta episcopali.Card.in cle.dudum.§.uerum.q.xxiiij.de sepul.

Quartæ an computetur legatū ecclesiæ parochiali factum.ibi. q.xxij.

† Quarta canonica legatorum an præscribi posit contra episcopum,& quanto tempore,uide Fel.in c. de quarta.in prin. de præscript.]

Quarta de mortuarijs sepulti extra diœcesim debetur ecclesię parochiali.Card.ibi.in fi:q.

Quarta debetur parochiali,in qua scholaris mortuus morabatur,de relictis factis fratribus,apud quos sit sepultus. Card. in d.cle.dudum.§.uerum.q.xxj.de sepul.

Quarta debetur etiam rectoribus ,uel uicarijs perpetuis : ut ibi.q.xxij.

Quarta debetur pro anniuersario.Card.in cle.dudum. §.uerū. vij.q.de sepul.

Quarta an habeat locum pro sepultura apud sorores tertij ordinis.Card.ibi.q.ix.

† Quarta canonica non debetur de donationibus inter uiuos ecclesijs.Iason in l.si ita quis.§.ea lege.colum. xj. ff. de uerb. oblig.]

10 Quarta non debetur de oblatis in sanitate.Car.in d.§.q.xij.

Quarta de relicto pro capella, & ornatu eius debetur : ut ibi quæst.xvj.

Quarta de bonis uagabundi, uel uiatoris, an debeatur. Card. ibi.q.xx.

Quarta potest peti ab hȩredibus, & à fratribus. gl.& Card.ibi. q.xxiij.

Quarta debetur ecclesiæ, si episcopus sepeliat in monasterio. Car.in cle. dudum.xix.q.de sepul.in prin.uel in qualibet ecclesia diœcesis.Card.ibi.in §.uerum.q.xix.

Quarta parochialis si retineatur per monachos ecclesijs parochialibus,an episcopus contra eos procedat. Card. in cle.j. iij.opp.de off.ord.

Quarta parochialis non debetur de mortuarijs pro sepultura prohibita tempore interdicti. glo. & Card.in cle.j.in fin. de sepul.

Quarta debetur de distributis in fratres per fratrem executorem.gl.& Card.in clem.dudū.§.uerum.j.q.de sepul.Item de eo,quod testator iussit dari fratribus.gl.& Card.ibi.q.ij.

Quarta debetur etiam de equis,& armis ductis in funere. Car. ibi.q.vj.

Quarta non debetur, si sit consuetudo bona fide præscripta. Card.ubi s̄.q.vj.

20 Quarta de funeralibus debetur exemptis.cle.dudum.§.uerum.& ibi Car.de sepul.& no.per eum in c.certificari.eo.tit.

Quarta parochialis debetur ecclesiæ parochiali de funeralibus, quando sepultura est electa apud fratres religiosos.cle.dudum.§.uerum.de sepul.

Quarta parochialis non debetur pro bonis leprosorum,quia illa non cedunt leprosis.Card. in clem. ij.in prin.j.q.de relig. domi.

Quarta parochialis debetur ecclesiæ, ne defraudetur debitis obsequijs.cle.dudū.§.uerum.de sepul. Bal.in d.§.in omnib. xv.col.uer.hoc præmisso,quæritur.

Quarta parochialis non debetur ecclesiæ, in qua per annum fuit cessatum à diuinis, nisi stetisset per parochianum defunctum,qui fuisset incapax diuinorum,uel aliter impeditus ad ecclesiam accedere non potuisset:quia de suis relictis debetur quarta ecclesiæ suæ.Bald.in d.§.in omnibus.xv.col.uer. ex hoc apparet.

Quarta debetur ecclesiæ de relictis factis monacho, uel religioso alicuius ordinis.Feder.de Senis consil.iiij. ubi omnino.& per Oldr.consil.ccxxiiij.Car.in cle.dudum. §. uerum. post gl.in q.xv.de sepul.

Quarta debetur ecclesiæ parochiali loci originis de omnibus relictis factis ecclesiæ, in qua forēsis defunctus est sepultus. Bald.in d.§.in omnibus.xv. col. in uer.secundò quæritur.& per Card.ubi s̄.q.xx.

Quarta parochialis nō debetur de relictis factis alijs ecclesijs, quando testator alibi,quàm in ecclesia parochiali,sepelitur. Bal.ubi s̄.uer. tertiò quæritur, si quis. in xv.col. sed tantùm de relictis factis ecclesiæ,in qua sepelitur. Bald.ibidem post Innoc.in c.ij.de sepul.in gl.sua,in uer.medietatem.

Quarta debetur ecclesiæ parochiali, etiam de uestibus bisis, quibus testator defunctus portatur indutus ad sepulturam in honorem sancti Francisci,in cuius ecclesia sepelitur.Inn. in d.c.ij.Bald.ubi s̄.in xv.col.uer.sed quid si non esset.& cle. dudum.§.uerum.de sepul.per gl.& Car.xj.q.

Quarta an debeatur ecclesiæ parochiali de relictis factis alteri ecclesiæ,in qua testator sibi sepulturam non elegit,sed in ea à cōsanguineis sepultus est.Bal.in d.§.in omnibus.xvij.col. uer.quartò quæritur.& Innoc.in c.in nostra.in gl.in uer.reliquit.de sepul.ubi distinguit.

30 Quarta debetur ecclesiæ parochiali de relictis factis ecclesiæ,uel monasterio exempto,ubi testator eligit sepulturam. Innoc.in d.c.ij.in gl.sua.in uerb. medietatem. & c.in nostra. & Bal.ubi s̄.in xvj.col.uer.quintò quæritur.

Quarta ecclesiæ parochiali debetur de dimidia relictorū, quæ tangit ecclesiam,non de dimidia,quæ tangit hospitale cruciferorum:& quando testator eligit sepulturam in hospitali ipso,& reliquit ecclesiæ,& hospitali. Innoc. in d.c.in nostra. in gl.sua,in uer.reliquit. Bald. ubi s̄.in xvj.col.uer. sed iuxta hoc quæritur.

Quarta ecclesiæ an debeatur de relictis factis alteri ecclesiæ,in qua quis elegit sepulturam, sed alibi sepultus est, quia corpus suum deferri non potuerit ad illam ecclesiam.Bal.ubi s̄. in pen.col.uer. septimò quæritur iuxta hoc.ubi tandem distinguit:aut nominatim relictum est pro sepultura : & tunc debetur,quia fingitur ibi sepultus.Secus,si relictum sit simpliciter

pliciter factum. & Car. in d. §. uerum. xiiij. q. & in q. xviij. Et quid si est excommunicatus. j. eo. uersi. xxxv.

Quarta parochialis debetur etiam de donatione causa mortis, uel facta in articulo mortis. d. cle. dudum. §. uerũ. & ibi Car. q. xiiij. Pet. de Peru. in tract. quartæ parochialis. ij. q. prin. iij. col. non autẽ. de donatione inter uiuos: ut ibidem in vj. col. uersi. quartus casus est.

Quarta parochialis petitur hoc modo, Peto quartam parochialem ecclesiæ debitã ex relictis factis per Titium. nec est necesse exprimere quid, & quantũ. Innoc. in d. c. ij. in gl. in uerbo, medietaté. in uer. item nota. Vide in Spec. de lib. concep. §. xv. uer. quid.

Quarta ecclesię non debetur de relictis factis alteri ecclesiæ, in qua sepulturam elegit, & non habuit, quia erat excommunicatus. Bald. in d. §. in omnibus. ult. col. uer. sed ponamus. & Feder. de Senis consil. cx. & Card. in d. §. uerum. xiiij. q. & in q. xviij. quòd si non eligit sepulturam apud fratres, nec sit sepultus apud eos, non debetur quarta parochialis, sed episcopalis sic.

Quarta parochialis nõ debetur ecclesiæ de relicto facto rectori alterius ecclesiæ, in qua testator elegit sepulturam amico, uel consanguineo testatori. s. Innoc. in d. c. ij. circa prin. in gl. sua, in uer. disponere. & Bal. in d. §. in omnib. in fi.

Quarta parochialis debetur etiã de relicto pro sepultura extra diœcesim. Bal. in d. §. in omnibus. x. col. uer. ulterius quærit.

Quarta parochialis an compensetur cum legato facto ecclesiæ parochiali. Fed. de Senis in consil. iij. Sali. in auth. præterea. C. unde uir & uxor. doct. in c. requisisti. de testa.

Quarta parochialis si fraudetur à testatore suasu & opera fratrum mendicantium, uel religiosorum, faciendo relinqui sororibus sanctæ Claræ, uel alijs eis subditis, tenentur fratres ad restitutionem ecclesiæ matrici. s̄. uerb. Fratres religiosi. uer. lxj & Card. in cle. j. §. j. de priuileg.

40 Quartæ parochialis materiam supple per Pet. de Peru. in tract. de cano. parochialis. & Old. in consil. ccxxiiij. & Bal. in d. §. in omnib. per totum. & s̄. uer. Ecclesia. uer. cccxxij.

Quarterium ciuitatis an posit condere statuta. Bart. in l. oẽs populi. iij. col. uer. tertiò quæro. ff. de iusti. & iure. quòd sic, si sint statuta, quæ spectant ad expediendum ea, quæ specificant ipsum quarterium: aliàs secus. & s̄. in uer. Ciuitas. uer. xlv. cum his, quæ ibi scripsi post authorem.

Quadriennium currit à die læsionis. j̄. Restitutio quando. uer. iiij. etiam ignoranti: ut ibi.

Quasi, in statutis denotat proprietatem, non improprietatẽ. Bar. singulariter in l. si in rixa. in ult. col. in prin. ff. de sica. in l. si diuortio. §. si fundum. in j. oppo. & ibi Dy. solu. mat. & Bar. in l. hoc colore. de inoff. testa. Io. de Por. in l. de diuisione. solu. matr. uide lxxxviij. dist. presbyter. de decimis. c. parochianos. & ibi Arch. Oldr. consil. clv. incip. Quia de forma electionis. & not. in l. si cum doté. §. fi. ff. solu. matr. & ibi gl. in l. posthumorum. de iniust. testa. & Alex. in l. si dari. ff. de uerb. oblig. Aliquando denotat proprietatem, & ueritatem. not. in l. j. de transact. in l. Lucius Titius. in fi. de admi. tuto. in l. cùm in hac. de reb. cred. Old. in consil. clv. Vide Io. de Por. in l. si uerò antè. in prin. solu. mat. & in l. centurio. vj. col. & in l. si pater filios. de uulg. & pupil. Bald. in l. in suis. de libe. & posthu. dicit, quòd dictio Quasi, & dictio Quemadmodũ, est nota improprietatis, & diminutionis. l. si cùm dotem. §. fi. solu. matr. l. si quis cùm à fideicommis. de condi.
† inde. † Et plenè per Fel. in c. prolatum. de off. deleg. quasi in fi. ult. col. & per Dy. in consil. j. & do. Fran. Aret. in l. qui liberis. de uulg. & pupil. & per Dyn. in suo tract. de acti. in §. sed istæ. & ibi do. Ias. May. & Aret. & do. Ias. May. in l. j. de acquir. pos. & Pet. Phil. Cor. in consil. cxcviij. in litera G. in ij. parte. & in consil. ccxxiiij. iiij. parte, in litera B. & D. & Fran. Aret. in l. si id, quod. §. quod autem. de acquir. hære. & in l. cum antiquis. C. de inoff. testa. & in l. creditor. in fin. si cer. pet. & Bal. in l. in suis. de libe. & posthu. & per do. Ias. May. Institut. de actio. §. præterea. nu. 41.

Quasi possessio iuris, uel seruitutis quæritur per patientiam, etiam uiolentam. Bar. & Alex. post doct. in l. j. §. in operis. de oper. no. nun. Ant. in c. fi. in antepen. charta, de causa pos. Innocen. in c. olim. iij. de resti. spo.

Quasi possessio quæritur etiam per unicum actum perfectum. not. in c. cùm ecclesia Sutrina. & in c. cùm olim. per Abb. de causa pos. & proprietatis.

Quasi possessio an releuet ab onere probandi. s̄. uer. Possessionis effectus. uersi. ij.

Quasi possessio probatur per usum triginta dierum ad minus. no. per Bar. & Alex. in l. j. §. j. de iti. actuq; priua. & plenius in l. sicuti. §. si quæritur. per Bart. si serui. uen. Ang. in l. si quis. §. differentia. de acquir. pos. & in l. iij. & ibi Alex. C. de acquir. posses.

Quasi, iuncta cum uerbo, Quodammodo, facit intellectum improprijssimum. Bal. in l. si abducta. in ult. col. in prin. in uer. secundò quæritur. C. de furt. per l. in tempus. §. j. ff. de usuca. Item est dictio diminutiua, secundum Bald. in l. fi. xv. oppo. uer. item dicunt. C. de edi. di. Adr. tol. & Oldr. in d. con. clv. quod incipit, Quia de forma.

Quasi possessio an resultet ex præstatione unica, uel pluribus. Bal. in l. j. uer. extrà oppo. C. de fideicom. quòd per unicum actum plenum.

Quasi possessionis materiam supple s̄. uerb. Possessio iurium. per totum.

Quasi contractus dicitur fieri inter hæredem, & defunctum. s̄. Contractus. el j. uer. liij.

10 Quasi possessio. de hac per Alexan. in l. j. §. j. de itine. actuq; priuato.

Quasi seruitus dicitur obligatio ad dandum decem annua ecclesiæ, uel domino in signũ subiectionis, uel fidelitatis. Bal. in l. j. ix. col. C. de serui. & Alex. in l. ut pomum. de serui.

Quasi falsarius intelligitur impropriè falsarius, ut si puniatur extraordinariè, non pœna falsi. glo. ij. in c. cùm olim. el ij. de off. deleg. & Bal. in c. olim. de rescrip.

Quasi litis contestatio quando dicatur. in Spec. de contuma. §. iij. uersi. si uerò agitur.

Quasi sedere uidetur æquitas. in Spe. de sent. §. iuxta. in ij. charta, uer. & sunt.

Quasi libelli qui sint, & quomodo. in Spec. de libel. concep. §. nunc uidendum. uersi. xxxij.

Quasi societas quæ sit. in Spec. de iud. §. ij. uer. hoc etiam nota. ibi: dicitur enim.

Quasi dominium quod sit. in Spec. de cau. pos. & proprie. §. j. in j. charta, uersic. aliæ sunt reales. & s̄. uerb. Dominium. el j. uersic. v. xxxv. & xxxviij.

Quasi rei uendicatio quando detur. eo. tit. §. j. in iij. charta, uer. sed opponitur.

Quasi sequestratio. uide j̄. uer. Sequestratio. Caue, quia nullum uerbum de quasi sequestratione: fortè intellexit de uersi. 33. ubi sequestratio fit in possessorio retinendæ, uel in uersi. 51.

Quatenus quomodo ponatur. in l. antiquitas. ubi Bald. in j. notab. C. de usufru. & per Bar. in l. j. in ix. col. in uer. quæro de aduerbijs. ff. de condi. & demon.
† Et in auth. de hære. & Falc. in prin. & per Fran. Aret. in l. iij. §. Neruæ. in j. no. de acqui. pos.]
* Quæcunq; est dictio generalis distributiua, quæ nihil excipit, aut excludit, sed omnia complectitur. c. solitæ. in extre. de maior. & obedient. Iason consil. cxxiiij. col. v. uer. tertiò pondero. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

Que sine diphtongo, ponitur pro &, & debet scribi breuis: aliàs est longa, & relatiuũ, & cũ dipthongo. gl. & Bart. in his uerbis. de duob. re. Bal. in l. edita. in fine. C. de edẽdo.

Quemadmodum ponit interrogatiuè. gl. & Bart. & doct. in rubr. in iiij. col. uersi. quæro primò. ff. sol. mat. sed quãdoq; ponitur comparatiuè: seu similitudinariè. l. iij. §. si duob. & ibi gl. in uerbo, utrique. ff. de adi. lega. l. quemadmodum. de acquir. posses. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xj. ita Bar. in d. rub. solu. mat.
† in iij. col. in uer. quæro primò. † Vbi etiam uide Bal.]

Quemadmodum, aliquando est nota improprietatis, & diminutionis, sicut dictio, Quasi. Bal. in l. in suis. de lib. & posth.

Querela non est actio. Bar. in l. nam & postea. §. si minor. in ij. col. in uer. opp. secundò. ff. de iureiu. sed est remedium subsidiarium: ut ibi. & Bar. in l. maximum. ij. not.
† C. de lib. præteri. † & dicitur Græcè μομφή.]

Querela est accusatio. Bald. in l. certum. ult. col. in prin. in uer. sed quærit. C. unde cogna. Sed Bar. in l. posthumus. §. si quis in ulti-

in ultima. ff. de inofficio. testa. dicit, quòd nec est actio, nec exceptio, nec accusatio: sed officium iudicis: ut ibi per glo. in uerbo, successionem.

Querela, id est, appellatio. l. si ab arbitro. & ibi gloss. in uerbo, querela. in princ. & Bart. ff. qui satisda. cog. & Raph. & Pet. de Sun. in l. iij. C. quomodo & quando iudex. ubi etiam dicit idem de restitutione in integrum, ut ambæ comprehendantur à statuto de querela: secus dicit in beneficio causa pietatis indulto.

† Adde, quòd querelari poterit, ubi sumus in casu, in quo non potest appellari. Singularis est glo. secundum do. Car. in c. querelam. de procu. cùm querela sit actus citerior appellatione: ut dixit ibi gl. quando. Abb. ibi dicit esse no. propter statuta prouidentia contra querelantem in certis causis, ut non extendatur ad legitimè appellantem, cùm sint stricti iuris. c. in nostra. de iniurijs. l. iij. §. hæc autem uerba. ff. de neg. gest. & in l. quicquid adstringendæ. ff. de uerb. oblig.

Querela, & appellatio differunt: quia fatalia appellationis nõ seruantur in querela. Alex. in d. l. si ab arbitro. in fi. ff. qui satisd. cogan.

Querela non proposita per dominum uiuentem contra uasallum alienantem feudum, non transit ad hæredem. Bal. in c. j. §. insuper. in iij. col. uer. si uerò tu loqueris. in tit. de prohi. feu. alie. per Fed. & Pau. de Cast. consi. clix. incip. Viso, & examinato. & seq. & infrà uer. Vasallus præiudicat. uer. ij. & in uer. Vasallus priuatur. uer. v. & suprà, uer. Hæres feudatarij. uer. iij.

Querela inofficiosi testamenti an detur nepoti præterito ab auo paterno ex persona patris exhæredati. in l. si quando. l. si quis filium. & ibi doc. & Bal. in j. col. uer. hoc præmisso. C. de inoffi. testa. Bald. in l. si quis posthumos. §. filium. ult. col. de libe. & posthu. Bar. in l. pater filium. ff. de inoffi. testa. in lectu. & in repetitione. & ubique in ij. col. qui distinguit. & s. uer. Nepos. el j. uer. iij.

Querela inofficiosi testamenti non datur contra testamentum fœminarum. l. illud. §. ad testamentum. ff. de bon. poss. contra tab. Sed

Querela datur contra testamentum matris. l. j. C. de inoffi. testa. Bar. in l. in suis. in ij. col. uer. quæro, quæ est ratio. ff. de libe. & posth. l. mater. & ibi gl. & Bar. & doct. ff. de inoffi. testa. & j. eod. uersi. xxv. & xlvj.

Querela datur etiam contra fideicommissarium. no. in d. l. j. C. de inoff. testa.

Querela inofficiosi testamenti non datur patri, inuito filio. gl. ij. in l. si in personam. in prin. ff. de pac. l. Papinianus. in prin. ff. de inoff. testa. Bal. in l. fin. in prin. in penul. col. uer. quæro, quid in querela. C. de bo. quæ lib. & j. eo. uer. xxxviij.

Querela quandoque capitur pro in integrum restitutione, quandoque pro appellatione, & nullitate. Bartol. in j. col. & Pet. de Sun. in l. iij. C. quomodo & quando iud.

Querela competens filio, & repudiata, non potest per patrem intentari. gl. in uerb. recusante. & Bald. in l. fi. in prin. in pen. col. uer. quæro, quid in querela. C. de bo. quæ lib. l. Papinianus. in prin. & ibi Bar. ff. de inoffi. testa. & in Spec. de testa. §. j. gl. in l. in personam. in prin. in gl. ij. ff. de pactis.

Querela competens monacho non potest intentari per monasterium, inuito monacho. Bald. in l. fin. iij. col. C. de bo. quæ lib. in uer. idem dico in monasterio.

Querela rescindit testamentum in totum, & non pro parte legitimæ tantùm. l. Pantonius. ff. si quis à paren. fue. ma. Bart. in l. fratres. uer. quæro secundò. & ibi Bal. in ij. col. in uer. tertiò quæritur. C. de inoffi. testa. Bart. in l. mater decedens. ff. eod. tit. quod licet non debeat admitti, nisi pro parte, qua succederet ab intestato, tamẽ admissa rescinderet testamentum in totum.

* Querela inofficiosi testamenti datur fratri, cùm sacerdotis filius, concubina, damnatus ob uulnus alicui illatum, hæres institutus est. Ang. in l. j. col. fi. ff. de inof. testa. Iason con. lxxj. nu. 2. uol. j. Æmilius Maria Manolessus.

Querela datur fratri testatoris contra testamentum, in quo sit institutus hæres usurarius. Bald. in l. improbum. C. de infamibus. & infrà, Vsurarius. uersi. 50. * ubi Salic. Anto. Butr. in c. Raynutius. de testamen. Iason consi. lxxj. nu. 2. uolum. j. Æmilius Maria Manolessus.

Querela non datur usurario contra testamentum patris. Bald. in d. l. improbum. paulo post prin. & j. Vsurarius. uer. xlviij.

Querela non datur ultra fratres. l. fratris. & ibi Bartol. C. de inoffic. testam.

Querela non rescindit testamentum ipso iure, sed demùm per sententiam. Bal. in l. fi. C. unde legi. Alex. in l. fi. C. qui admit.

Querela inofficiosi testamenti non datur ascendentibus per lineam maternam. Bar. in l. emancipatus. in princ. ff. si quis à paren. fuer. ma. sed matri præteritæ datur. l. si quis filium. & ibi doct. C. de inoffi. testam. & j.

20 Querela inofficiosi contractus non transfert dominiũ ipso iure, cùm contractus sit traditione subnixus, & ideo requiritur traditio. Bald. in l. j. in ult. col. uersic. sextò quæro. C. si quid in frau. patro. l. j. cum gl. C. de inoffi. dona.

Querela inofficiosi testamenti an requirat decretum iudicis. per Bal. in l. fi. in ul. col. uer. sed nunquid. C. qui admit. ꝗ nõ.

Querela non datur emancipato cum causa exhæredato, si intra annum non agnoscebat bonorum possessionem. Bal. in l. certum. pen. col. uersi. considera hic. C. unde cognati.

Querela exclusa per statutum non intelligitur exclusa nullitas. in prac. Pap. de execu. sen. iij. colu. & s. uerbo, Nullitas. uer. xxxix. & seq.

Querela inofficiosæ donationis datur parentibus contra donatarios filiorum. l. si filius. & ibi Bart. C. de inoff. dona.

Querela datur exhæredato, uel præterito à matre. l. filiam. C. de inoff. test. & s. eo. uer. viij. & j. eo. uer. xlvj.

Querela datur matri præteritæ à filio. l. cùm filium. & ibi Bart. C. de inoff. testa. sed hodiè patet ius dicendi nullum, quia in ascendentibus requiritur titulus institutionis, sicut in descendentibus. in auth. de hære. ab intesta. §. & hoc quidem.

Querela si pendet per appellationem, debet interim ali de hæreditate, qui obtinuit in querela. l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoff. testa. & ibi Bar.

Querela non datur filio adoptato per fœminam. l. si suspecta. §. quoniam fœminam. & ibi Bar. de inoff. testa.

Querela contra substitutionem uulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, non datur, sed contra exemplariam sic. Bal. in l. humanitatis. xiij. col. C. de impu. & ali. sub. & in iiij. col. in uersi. tertiò opposi. gl. ubi dicit exemplariam, non contra uulgarem, nec contra pupillarem.

30 Querela non datur filio, cui relicta est legitima. l. cùm quæritur. & ibi Bar. C. de inoff. testa. sed filiæ sic. j. eo.

Querela non datur transuersalibus, nisi fratri, & sorori præteritis. l. fratris. & ibi Bar. C. de inoff. testa. Bald. in auth. ex causa. xv. col. C. de lib. præteri. uer. tertiò quæro. scilicet consanguineis, uel utrinque coniunctis, non uterinis: ut ibidem per Bald. & textum.

Querela non datur nepoti furiosi præterito, durante furore. Bald. in l. humanitatis. v. col. uer. uenio ad sextum no. C. de impu. & ali. sub.

Querela an detur filio exhæredato. Bald. in d. auth. ex causa. in viij. col. iij. oppo. & iiij. quòd sic, si sit ritè exhæredatus. & s. eo. uer. xxv.

Querela inofficiosi testamenti per exhæredatum renunciari non potest antequam hæreditas sit adita. Alex. post glo. in l. si quis posthumos. §. j. in fin. de libe. & posthu.

Querela inofficiosi testamenti est odiosa. Bal. in l. si infanti. iij. q. C. de iure delib. & in l. certum. in penul. col. in uer. sed quæritur. C. unde cognati.

Querela renunciata non potest amplius intentari. Bal. in l. fin. in ij. col. uer. extrà quæro. C. de repu. hæred. Idem si est sublata. l. cùm mota. & ibi Bal. in primo no. C. de transact. l. Papinianus. §. si quis. el primo. & ibi Bart. de inoffi. testa.

Querela ad superiorem proponi potest, licet appellatio sit prohibita. Bal. in l. fi. in vj. col. in uer. & nota istam pronunciam. C. de edi. di. Ludo. Ponta. in rubr. de arbit. uer. scias tamen, quòd licet. & infrà, uer. Statutum de iudicijs. uer. ccxxix. cum sequ. & Bald. in l. fin. ad fin. C. de temp. app. & ibi Salic. in l. fin. ultima colum. C. de senten. & interloc. om. iudic. ca. ex literis. per Innoc. de resti. in integ. Abb. s. cap. querelam de procu. Ioan. de Imo. in l. consensu. §. quid de appel. Alex. consilio lxix. iiij. parte, & melius. in d. l. fin. post Paul. de Castro, C. de edic. diui Adria. tol. ubi Pau. dicit, quòd in possessorio prohibitus appellare potest querelare contra sententiam

tentiam coram eodem iudice, si lata fuit nulliter, causa non cognita, & repulso contradictore, quod tamen Alex. ibi reprobat.

Querela inofficiosi non potest exerceri inuito exhæredato. l. cùm mota. C. de transa. Bald. in l. fi. in prin. in pen. col. de bo. quæ lib. in uer. quæro, quid in querela. & s. eo. uer. x.

Querela non datur contra testamentum militis. l. de inofficioso. C. de inoffi. testa. l. testamentum. eo. tit.

40 Querela datur fratri contra turpem personam institutam à fratre in testamento. l. fratres. C. de inoffic. testa. Quod uerum, si sit uterinus tantùm, ut ibi. Item nisi uilis persona sit hæres necessarius: ut ibi. ubi etiam per Bal. Item uerum, nisi turpis persona sit honesta, uiuo testatore. Bal. ibidem. Item uerum, si honesta persona tempore institutionis fiat turpis post uiuo testatore. Pau. de Cast. in consil. Mulier maritum. consi. lix. ubi etiam dicit, quòd in casu d. l. turpis persona hæres non admittitur etiam per fideicommissum uirtute clausulæ codicillaris. quod no. s. Clausula codicillaris. uer. xlv. in clausulis Testamentorum.

Querela datur sorori sicut fratri contra testamentum fratris, † in quo turpis persona sit instituta. Pau. de Cast. con. lix. † Vide domi. Pet. Phil. Corn. consi. clxxvj. incip. In causa. per totum. in iij. parte.]

Querela datur fratri etiam instituto in legitima contra turpem personam, etiam in re minima institutam, ut auocet ab ea etiam rem minimam. Pau. de Cast. consi. lix. & Gul. de Cu. in l. fratres. C. de inoffic. testam.

Querela datur nepti exhæredatæ. l. neptem. C. de inoffic. testamen.

Querela non numeratæ pecuniæ potest proponi creditori, uel coram iudice intra biennium, sicut exceptio non numeratę pecuniæ. l. si intra. & ibi Bald. in j. q. C. de non num. pecunia. Item in scriptis, etiam absente creditore, & coram iudice loci contractus, & die feriata, etiam cum sola protestatione, si creditor non reperitur. l. in contractibus. §. in omni. & ibi Bald. eo. tit.

Querela mota per unum filium non prodest alteri filio tacenti. l. filio quidem. in prin. & ibi Bar. de inoffi. testa.

Querela datur filio præterito à matre contra testamentũ eius, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione: ideo non est testamentum nullũ. Bart. in l. in suis. in ij. col. in uers. quæro, quæ est ratio. ff. de lib. & posthu. Instit. de exhere. lib. §. fin. & s. uer. Præteritio. uersi. v. & iiij. & in uers. Præteritus. uer. penul.

Querela non datur, nisi pro ea parte, pro qua quis esset ab intestato successurus. l. mater decedẽs. & ibi Bar. in prin. ff. de inof. testa. nisi in casu l. fratres. secundum Bal. ibi. C. eo. tit.

Querela proposita non uidetur proposita petitio hæreditatis. gl. & Bar. in l. qui de inofficioso. ff. de inoffi. testa. in uer. ultimo quidem.

Querela, & petitio hæreditatis an simul proponantur. s. uerb. Petitio hæreditatis. uersi. xxiiij.

Querela patitur ius accrescendi. l. si proponas. §. fin. & ibi Bar. ff. de inoff. testamento.

50 Querela de nouo intentari potest, quãdo fides trãsactionis non seruatur. l. si instituta. in prin. & ibi Bar. de inoffi. testa.

Querela datur filio exhæredato, etiam quem testator negauit filium. d. l. si instituta. §. j.

† Querela inofficiosi testamenti an impediatur per eum, qui acceptauit legatum. uide dom. Pet. Phil. Corn. in con. cclxv. incip. In hac. in litera G. in iij. parte.]

Querela inofficiosi testamenti locum habet hodie, quando facta est pręteritio, uel exhęredatio, inserta causa iusta, secundum ueram opi. glo. secundum Bart. in l. nam & is. §. huius. ad fi. ff. de inoff. testa. & in l. j. ff. de testa. in ij. col. in uer. quæro, quid si in te. ubi per doc. & in authen. ex causa. per Bal. in vij. col. de libe. præte. in uer. quartò oppo. ad idem.

Querelæ libellus quomodo formetur. Bartol. in d. §. huius. in prin. & in l. qui repudiantis. §. j. circa prin. eod. tit. & in Spec. de lib. concep. §. nunc uidendum. uer. sed nunquid in querela. ubi uide an requiratur. Et formam uide in tit. de testa. §. j. uer. in querela. & in uer. sed quare conterini. uidelicet, pater meus me exhæredauit in testamento, in quo te hæredẽ instituit, qui hæres adiuit, ideo peto testamentum rescindi per querelam inofficiosi testamenti: uel peto testamentum pronunciari inofficiosum. Et idẽ in forma sententię: ut ibid.

Querela pręparata dicitur per comminationem, denunciationem, uel libelli dationem. l. quemadmodum. & ibi Bartol. l. posthumus. §. fin. de inoff. testamen.

Querela datur præterito contra testamentum filij. j. Testamentum nullum. uersic. cxij.

Querela inofficiosi testamenti agens an agat petitione hæreditatis. ff. de inof. testa. §. j. Azo in Summa, eo. tit. uer. solet quæri, quòd non. & s.

Querela omissa per filium conuentum ab hærede scripto, & uictum, an possit proponi per illum in alio iudicio. Bal. quòd non, in l. peremptorias. ij. col. C. sen. rescin. non pos. & Alex. in l. Papinianus. §. si quis filius. de inoff. testa.

Querela intentata in dubio non arguit aditionem. gl. & Bart. in l. posthumus. §. fi. de inoffi. testa.

60 Querela datur contra fiscum, qui succedit hæredi scripto. l. si hæredem. C. de inoffi. testa.

Querela datur filio etiam contra testamentum, in quo sit hæres Imperator. l. Papinianus. §. si Imperator. de inoffi. testa. uel etiam Deus, uel pauperes. glo. & Bar. ibidem.

Querela non habet filius propter pupillarem substitutionem. l. Papinianus. §. si quis impuberi. & ibi Bar. in princ. ff. de inoffi. testa. sed propter fideicommissum sic. glo. ibi. & Bartol. quem etiam uide in l. ex tribus. C. eo. tit.

Querela non nascitur ante aditam hęreditatem. l. Papinianus. §. si conditioni. de inoffi. testa. Bald. in auth. ex causa. in vij. col. uersi. expeditus de contrarijs. C. de lib. pręte. & in l. certum. pen. col. unde cogna. in uer. sed quæritur.

Querela cessat, quando est aliud remedium. l. Papinianus. §. si quis impubes. & ibi Bart. in j. not. ff. de inoff. testa.

Querela mota nõ tollit id, quod succumbens in ea habet aliunde, quàm ex testamento. dicta l. & d. §. si quis impubes. per Bart. in l. etiam. & ibi Bart. eod. tit. nec donatio causa mortis. glo. Bartol. ibidem. quem etiam uide in l. si alienam. §. j. ff. de dona. causa mortis.

Querela non datur ei, qui agnoscit relictum sibi factum, siue directè, siue per consequentiam. l. nihil. in prin. & ibi Bar. ff. de inoff. testa. Pau. de Cast. consi. cxxv. incip. Dubia, de quibus. Idem per Bar. in l. parentibus. in fi. & ibi Bal. C. de inof. testa. & Bal. in l. si quando. §. cùm autem. eo. tit.

Querela non datur petenti legatum, si iudicium pendet, uel perempta est instantia, uel ipse destitit sponte. Bart. in d. l. nihil. §. j. Sed secus, si destitit fraude hæredis. l. eum, qui. in prin. eo. tit. Itẽ datur petenti legatũ sine effectu. Bar. in d. §. j.

Querela datur pro parte tantùm, quia turpis persona est instituta cum alia nõ turpi in testamento fratris. Bar. in l. fratres. C. de inoffi. testa. aliàs ad totum, non ad legitimam tantùm, quando sola persona turpis ast instituta. Bal. ibidem.

Querela mota non transmittitur ad hæredem, si destitit ab ea is, qui eam mouit. l. nam & si. & ibi Bar. ff. eo. tit. in §. hæredi.

70 Querela datur patri præterito in testamento filij in castrensibus, uel quasi. j. uer. Testamentum nullum. uer. cxij.

Querela potest intentari contra alium, quàm contra scriptum hæredem. l. filium. & ibi Bart. in iij. no. ff. de bon. poss. contra tabu.

Querela non datur ei, qui scripsit testamentum manu propria. gl. & Bar. in l. nõ putauit. §. si quis suas. de bo. poss. cõtra tab.

Querela inofficiosæ donationis non datur ei, qui agnouit iudicium defuncti, & cui relicta est legitima. l. cum donationib. C. de inoffi. dona. & j. eo. in uer. j. post sequen.

Querela an rescindat donationem in totum. Bar. in l. j. in ij. col. in uer. quæro, in quantum. & ibi Bald. in ij. col. in uersi. modò ueniamus. quòd usque ad legitimam, relatis primo octo opinionibus. C. de inoff. dona. l. si mater. eo. tit. Ang. in auth. eo. tit. ij. col. uer. dicit hic in gl.

Querela non datur filio, qui agnouit iudicium testatoris. l. parentibus. & ibi Bar. & Ang. C. de inoff. do. ubi omnino. & s. eo. uersi. j. post præcedentem.

Querela datur contra sententias tres conformes in causa matrimonij, licet non possit appellari. j. Sententia in rem iudicatam. uer. xxxj.

Querelæ proponendæ tempus minori quando currat. j. Tempus. uersi. xxvij.

Querela,

Querela, etiam non præparata, transmittitur. Bart. & Bal. in l. si quis filium. C. de inoffi. testa. & ibi Bal. in l. sancimus. §. fi. & ibi Barto. & Bald. eod. tit. l. si quis posthumus. §. filium. & ibi Bald. ff. de libe. & posthum. & in l. j. in penultima colum. uersic. ulterius quæro. C. de inoffic. dona. Angel. in authen. eod. tit. ulti. colum. uersic. item ex prædictis dico. in l. posthumos. §. fin. & ibi Bartol. ff. de inoffic. testamen. quod non transmittitur, nisi sit præparata. ut ibi. & l. si pater. & ibi Bar. C. eod. tit. & Alexand. in l. emancipata. C. qui admitti. Et an ad nepotem conceptum post mortem aui. Bal. in d. l. si quis filium. Addo Bartol. & Bald. in l. cùm mota. & utrumque in j. colum. C. de transactio. ubi etiam Moderni omnes, & maximè domi. Iason May. qui fuit in una noua & singulari opinione.

Querela non numeratæ dotis, etiam non præparata, transmittitur. Ang. in authen. de tempo. non so. pe. super do. in princ. in j. not. colla. viij.

80 Querela an detur filio contra inofficiosam uenditionem patris. Et

Querela an detur filio contra inofficiosam confessionem patris. Bal. in l. j. in vij. col. C. de inoffic. do. in uer. ulterius quęritur. distinguit.

Querela inofficiosi testamenti, & donationis debet intra quinquennium proponi. Bart. in l. si quis filium. ad fi. C. de inoffic. testam. Angel. in authen. de immen. donatio. in fin. Addo text. in l. scimus. §. illud. & ibi Bald. C. de inoffic. testa. Quod est uerum, nisi quando aliquid iure institutionis est relictum filio: quia tunc sicut querela inofficiosi testamenti datur perpetuò, scilicet usque ad triginta, usque ad supplementum legitimæ. Ita & querela inofficiosæ donationis, uide omnino Ang. ubi suprà, in ulti. col. uer. item ex prædictis apparet. ubi post gl. in l. fi. C. de inoffi. dona. tenet, quòd in hoc discordat querela inofficiosi testamenti, & querela inofficiosæ donationis: quia institutus in aliquo à patre non habet querelam inofficiosi testamenti, sed querelam inofficiosæ donationis. Et sic limita. s. uerb. Filius præteritus. uer. xxvij. Et intellige, quòd dictum quinquennium minori in xxv. anno, & sic usque ad triginta annos ætatis competit. l. adolescentiæ. ex qui. cau. in inte. resti. non est necess. & infrà uerbo, Tempus. uersi. xxvij. Addo in materia Paul. de Cast. in consi. cxxv. incip. Dubia, de quibus.

Querela inofficiosæ donationis datur omnibus, quib. querela inofficiosi testamenti. Ang. in auth. de immen. dona. ad fi.

Querela inofficiosæ donationis non datur pro donatione ususfructus facta filio per patrem. Bal. in l. cùm oportet. §. nō autem. in j. col. in uer. & nota. C. de bo. quæ lib.

Querela inofficiosi testamenti non datur, nisi facto testamento. Ang. in d. auth. de immen. dona. in fi. col. uer. sed quæro. & gl. in l. fi. C. eo. tit. Item nisi adita hæreditate per scriptum hæredem. Bald. in l. certum. pen. col. uersic. sed quæritur. C. unde cog. & s. eo. uer. lxiij. Sed

Querela inofficiosę donationis datur etiam nō facto testamento. Ita Ang. in d. uer. sed quæro.

Querela inofficiosæ donationis datur, etiamsi filius aliquid habet de bonis patris. Sed

Querela inofficiosi testamenti non datur filio aliquid habenti de bonis patris. l. si pars. §. illud. de inoff. testa. secundum Ang. in d. auth. de immen. dona. in ultima col. uersi. sed quęro. & glo. in l. fin. C. eod. tit. Quod est uerum iure institutionis hodie. Bar. in l. Papinian9. §. si quis mortis. ff. de inof. tes.

Querela inofficiosi testamenti, &

* Querela inofficiosi testamenti agit frater etiam hæres à fratre, unà cum turpib. personis institutus neque tantum agit in supplementum legitimæ, sed omnino inutile testamentum reddit, quo ad hęredis infamis institutionem, sec. com. doc. sententiā. l. Pantonius. ff. si quis à paren. fue. manu. Guliel. Cune. Bar. Bal. & Sal. in l. fratres. q. iij. C. de inof. testam. Iason con. lxxj. nu. 3. uol. j. à quibus dissentit Ang. in l. j. ff. de inoff. testa. Æmilius Maria Manolessus.

* Querela inofficiosæ donationis, inofficiosi'ue testamenti, impuberi adrogato non datur. Bald. in l. j. col. viij. C. de iur. fisci. lib. x. Alexan. con. lv. uol. j. maiori tamen adrogato datur. l. si suspecta. §. quoniam. ff. de inoffic. testamen. §. tam autem. Insti. eo. Cyn. Salic. & Raph. Fulgo. in l. ij. col. x. de adoptio. Sali. in l. si arrogator. col. xvj. ff. de adoptio. Ias. con. cxlj. nu. 10. uol. iiij. Æmilius Maria Manolessus.

90 Querela inofficiosę donationis in quibus concordent, uel discordent. Ang. ubi s. in uer. sed quæro. & gl. in d. l. fi. C. eo. tit. & ibi doc.

Querela inofficiosi testamenti potest deponi, excipiendo per modum reconuentionis, uel exceptionis. l. Papinianus. §. si filius. & ibi Bart. ff. de inoff. testamen.

Querelæ materiam supple s. uerb. Filius præteritus. & j. Testamentum nullum. per discursum. & in Spec. de lib. cōcep. §. nunc uidendum. uer. sed nunquid in querela. & seq.

Querelæ multorum mouent principem. clem. j. & ibi Card. de hęre. ubi dicit uerum, si bono zelo procedant, & debent mouere. cle. ij. in prin. & ibi Car. de pœnis. de resti. spoliato. gra uius. de deposito. c. j. & nisi moueatur, monstrum est. Card. ibi in prin. Item uerum, etiam in querelis prælatorum. cle. j. in prin. & ibi Car. de senten. excom.

Querimonia dicitur, quando lis non est contestata: ubi uerò lis est contestata, dicitur quæstio. Abb. in c. quia indicante. de præscrip. alleg. gl. in l. iij. C. C. fi. regun.

Quærere à pluribus, est facilius inuenire. in Spec. de aduoca. §. nunc tractemus. uer. habito.

† Quærendi eleemosynam facultatem habens in aliqua diœcesi sub nomine & uocabulo alicuius Sancti, an possit prohibere alios uolentes quæstum facere pro alia ecclesia, sub nomine tamen eiusdem Sancti: uide Bal. in consil. cclxxvij. in ij. parte.]

Quærendum non est sæpius de amissione unius hominis. in Spec. de inqui. §. nunc tractemus. in ulti. char. uer. ultimò quæritur.

Quæstio an dicatur ante litis contestationem, uel post. s. uerb. Controuersia. uer. quarto, quòd ante. & per Bar. in l. Lucius. §. res. in ij. q. ff. ad Trebel. & in l. amplius. in iij. col. in prin. in uer. quandoque quis promittit quęstionem. ff. rem ra. ha. quod facit pro statuto, quòd quæstiones compromittantur. † Dicitur autem Græcè ζήτημα, ατος.]

† Quæstio, uerbum an trahatur ad extraiudicialem molestantem, uide do. Pet. Phil. Corn. in cons. cclxvij. incip. In hac. in litera Q. in iiij. parte.]

Quæstio, id est, tortura. in tit. ff. de quæst. Sed tunc quæstionis appellatione quid ueniat, per tex. no. in l. item apud Labeonem. §. quæstionem. de iniur. & j. Tortura. uer. lxvj.

Quæstio decisa si incidat in alio iudicio, an possit ratificari, & in cognitionem deduci. Pau. de Cast. consi. cxcvij. incip. Vt plenè attingamus. quòd sic.

Quæstio finium regundorum cohæret causæ proprietatis, & super proprietate, & possessione recipiuntur probationes. Inn. in c. ex literis. in gl. sua, in uer. fundi. de proba. Baldus in Marg. uer. Quæstio.

Quęstio de clericatu, hæresi, excommunicatione, uel simonia, incidens coram laico, remittitur ad episcopū. Paul. de Cast. consi. cxlv. incip. In puncto præsenti. & plenius s. uer. Causa spiritualis. per totum.

Quæstio proposita debet repeti, ut melius decidatur. Iaco. de Aretin. & Albericus de Rosa. in l. cætera. §. item quæri potest. de leg. j.

Quæstio differt à querimonia. glo. in uer. Quæstio. & Bart. in l. j. C. finium regundorum.

Quæstio iuris, uel facti super matrimonio, quando dicatur. Pau. de Cast. consi. cxlv. incip. In puncto præsenti. Bart. singulariter. in l. in omni. C. de sac. san. eccle. & in l. iiij. C. de iudi. & s. uer. Causa spiritualis. uer. j. adde j. eo. uer. xij.

† Quæstio an sit iuris, uel facti, quomodo cognoscatur, uide pulchrè. Paul. de Cast. in consi. ij. incip. In puncto præsenti. in j. uol. & con. cix. incip. Visa petitione prædicta. eo. uol.]

Quæstio dominij referri non potest locatori à conductore. l. si quis conductionis. C. loca. nec commodanti à commodatario. l. ita ut si fur. ff. commodati. & plenè per Bart. in l. commodare. in j. quæstio. eo. tit. & Alexand. consilio lxxxv. iiij. parte. Quod est uerum, etiam quando contractus rescinditur. glo. singul. in glo. j. magna. & Ioann. de Prat. in l. qui proprio. §. item quæritur. de procurat. Item nec ab eo, à quo quis causam habuit. Bartolus in l. cùm res. ad fin. C. de probat.

Restitutio in integrum datur minori, etiam legitimato in iudicio etiam admisso, ut maior. l. ij. C. de his qui ueni. æta. impe. Secus, si tanquam minor. gl. in l. j. uerbo, reformationem. C. si de momen. poss. sed si simpliciter legitimatur per statutū, nō tollitur restitutio: secus, si ad certum actum, & illum actū confirmat, non datur restitutio, secundum do. Io. de Pra. in d. l. minor xxv. an. de procur. & Ang. in l. cùm hi. §. si cùm lis. de transact. Caue, quia non loquitur ita: sed loquitur, ut dixi j. eo. uer. lxxxvij. post Bar. & Paul. consil. ciiij. quod incip. Non est dubium.

Restitutio datur etiam non læso incommodo pecuniario, sed uexato litibus. l. minoribus. & ibi Bar. ff. de minorib.

Restitutio non datur procuratori minoris, uel ecclesiæ contra sententiā super mandato latam, quòd nō sit legitimus. Bart. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. in ij. col. uer. sed oppo.

Restitutio nō datur hæredi, licet nō defuncto, quando in puncto mortis perficitur læsio. l. Pantonius. de acq. hæred. l. j. de resti. mil. Bar. in l. nō solùm. de resti. in integ. & in l. qui duos. ij. col. uer. oppo. ex. gl. de reb. dub. & j. eo. uer. lxvij.

Restitutio non datur minori læso in ultima uoluntate, sed in contractu. l. fi. C. si quis ali. test. prohi. Bart. in l. j. §. fuit. in ult. col. in uer. quæro, si adultus. ff. ad Trebel. & doct. in l. si frater. C. qui testa. fa. pos. Addo Bart. in l. uerbis cōtraxerunt. ff. de uerb. signifi. & uide s. eo. uersic. xxxiiij. j. Restitutio contra contractum. uersic. xiij. & s. Minor restituitur. uersi. xc.

Restitutio an detur executori testamentorū aduersus nō prosecutam appellationem à testatore interpositam. doct. in c. ij. de resti. in integ. in vj. & Rot. in deci. cccxlv.

Restitutio non datur ei, qui nō potest appellare, ut in casu possessorij. Io. And. in c. primo, in j. col. de restit. in integ. in vj. in Nouel. Goffred. in summa, eo. tit. in Nouella, uide in l. præfecti, de mino. tex. & Bar. in l. minor autem magistratus. §. sed & eo. tit. Contrariū habetur in Pra. Papien. de appel. & diffinitiua. uer. coram uobis. per l. falsam. C. si ex fal. instrumen. Adde j. Restitutio contra sententiam. uer. xxvij. & xxxj. uer. xxxiij. & per Paul. de Castr. consil. cccxvj. incip. Vt bene attingat, quòd sic. & tenet Bal. in addi. Spec. de appel. in addi. secunda. in j. col. uersi. minor xxv. an. in fi. & Bal. in l. j. in ult. col. in uersic. nunquid contra sententiā. C. ne lic. tertio prouoc. & j. eo. uersic. cvij.

Restitutio datur creditori aduersus debitorem liberatum ab ipso dolo eius. l. antepen. ff. de dolo.

Restitutio datur fideiussori exacto contra principalem sibi nō condemnatum. l. fi. & ibi doct. C. de usuris rei iud. & ibi Pet. de Sun.

Restitutio etiam posthumo danda est. l. etiam. la ij. ff. de resti. in integrum.

Restitutio non datur monasterio instituto hæredi sub conditione, si non impleuit conditionem intra annū. Bal. in l. pupillorum. C. de repu. hær. & in l. j. vj. q. C. de his quæ pœnæ. no. in lectu. anti. per Bald. & Lud. in l. si insulam. ult. char. de uerb. obl. & Ang. in consi. clxv.

Restitutio datur agnatis pupilli minoribus, si tutorem non petierunt. in Spec. de resti. in integ. §. ij. in vij. col. uer. sed cùm etiam alij agnati. Idem dicas in matre minore, quæ non petijt tutorem, ut ibidem, in uer. sed & si pater.

Restitutio non datur ei, qui ueniam ætatis impetrauit. l. j. C. de his, qui ue. æta. impe.

60 Restitutio non datur militi, nisi fuerit occupatus in re militari. l. fi. & ibi Bar. C. de resti. mili.

Restitutio datur absenti, contra quem sunt producti testes nō producendi. Innoc. in c. ex parte. in j. col. in gl. sua, in uer. absenti. de test. Bal. in Mar. uer. Testis. xvj. col.

Restitutio ambasiatoribus qualiter concedatur. s. uer. Ambasiator. uer. xvj.

Restitutio aduersus rescriptum non usum intra annum non datur. Arch. & Io. And. in c. j. in fi. de resti. in integ. in vj. in Nouella.

Restitutio in integrum datur minori, & ecclesiæ ad producendum testes, si producti nihil probant, uel si sine causa. in Sp. de resti. in integ. in ij. parte. §. ult. uer. quid si in causa.

Restitutionis beneficium non transmittitur ad hæredes minoris in casu l. nō solùm. de rest. in integ. Bart. ibi. & Alex. item in casu l. paterfam. de priuil. cred. secundū Alex. ubi s. aliàs sic. l. minor autem magistratus. de min.

Restitutio ad adeundum datur hæredi hæredis mortui ante aditionem sibi absenti delatæ hæreditatis. s. Hæres hæredis. uer. xxxvij.

Restitutio datur hæredi pupilli ad hæreditatem pupillo delatam, sciente tutore non aditam. Iac. de Aret. in l. qui duos. & ibi Bar. in ij. col. in uersi. oppo. ex. gl. ff. de rebus dub. & Bar. in consil. Perusinus quidam, &c. in fi. & Bar. in l. non solùm. ubi omnino uide. ff. de resti. in integ. Io. And. in c. in præsentia. de proba. dicit quòd datur hæredi pupilli, licet non pupillo, quia adhuc uiuens adire poterat. Vnde quia in puncto mortis perficitur læsio, datur restitutio hæredi aduersus non aditam. Et tenet Bart. in l. qui duos. s. alleg. & uide Bal. in l. si infanti. ij. q. de iure delib. & s. eo. uer. iij. & s. eo. uer. 50. Addo s. in uerb. Minor restituitur. uer. xxij. cum his, quæ ibi addidi post authorem.

Restitutio datur ecclesiæ opponenti contra rescriptum subrepticium, si nō admittatur. Ioan. And. in c. j. ij. col. de restit. in integ. lib. vj. in Nouella.

Restitutio ecclesiæ contra ecclesiam an detur. j. eo. uer. 100. q. sic. & s. Restitutio quando. uer. pen.

70 Restitutio datur ad repudiandum ei, qui fuit restitutus ad adeundum. l. ait prætor. §. restitutus. & ibi Bar. ff. de min.

Restitutio datur minori, qui negauit delictum, ad illud confitendum, ne pœna augeatur per negationem. Bart. in l. si ex causa. §. nunc uidendum. in j. no. ff. de min.

Restitutio datur minori, & ecclesiæ, ut habeatur pro transacto, quando tractatus non fuit perfectus. l. si ex causa. §. nunc uidendum. & ibi Bar. in ij. no. ff. de mino.

Restitutio non datur minori procuratori ad commodum domini. l. cum mandato. ff. de mino. nisi fuerit ad negotia sine mādato, quia restituitur, & per cessionem liberatur. l. quod si minor. in prin. & ibi Bar. eo. tit.

Restitutio datur contumaci etiam uicto per interlocutoriam. Bar. in l. diuus. ij. q. de rest. in integ.

Restitutio datur minori aduersus liberationem factam debitoribus. glo. j. & Io. de Pra. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procur.

Restitutio non datur uero contumaci. Innoc. in c. cùm olim. in j. col. de dolo & contu. Bal. in Mar. uer. Contumax. uer. viij. uide in l. diuus. & ibi Bar. ff. de rest. in integ.

Restitutio non datur minori, uel ecclesiæ, ad opponenda crimina, uel defectus. Bald. in addi. Specu. de rest. in integ. uer. nec ecclesia, & j. Restitutio contra exceptiones, uer. v. Card. in cle. j. xiiij. q. eo. tit.

Restitutio datur Reipublicæ. l. j. & ibi Bart. C. de officio eius, qui ui. alterius ge. l. respublica. ubi Bar. & alij, C. ex qui. cau. ma. nisi contractus sit iuratus. s. eod. uer. xl. uide in Spec. de loca. §. vj. uer. xv.

Restitutio datur absenti aduersus neglecta, nō aduersus facta, uel contractus. l. quæ à patre. & ibi Bar. C. de resti. mil.

80 Restitutio datur læso ex causa iustę ignorantiæ. Bal. & Nic. de Neap. in l. falso. ff. quod fal. tu. autho.

Restitutio an detur pupillo contra contractum falsi tutoris. ſ. Restitutio contra contractum. uer. xxiij. quòd non, quia est ipso iure nullus.

Restitutio minori non datur contra diuisionem sorte factam. Bar. singulariter in l. ait prætor. §. hodie. in fi. ff. de mino.

Restitutio actionis fit absenti cum onere suo. l. si quis Titio. & ibi Bar. ff. ex qui. cau. ma.

Restitutio an detur filiof. aduersus mutuum, quod iussu patris percepit, licet detur aduersus alios cōtractus iussu patris ini tos. s. uer. Filius obligatur. uer. x. & uer. mutuum. uer. xlix.

Restitutio in integrum nō potest peti per eum, qui prohibitus est à statuto opponere exceptionē. Bal. in l. in causæ. de iniu. sed gl. ob. in l. j. C. si de momē. pos. & in l. si minor xxv. annis. omissam. de minori. Alex. in l. j. §. & parui. quod ui, aut clàm. adde s. eo.

Restitutio datur læso ex sua responsione facta positioni dolo aduersarij. Bar. in l. j. ff. de eo, per quem fac. & s. eo. uer. xxv.

Restitutio datur læso, licet statutum ualidet actum aliàs inuali dum. Paul. de Castr. consil. ciiij. incip. Non est dubium. Ang. in l. cùm hi. §. si cùm lis. de transact. Caue, quia Ang. non dicit hoc: solùm dicit, si contenditur in iudicio super re immo bili, quòd super lite non potest fieri transactio sine decreto, ideo adde Bald. in l. j. in fi. C. si de mo. poss. fue. appel. & s. eo. uer. xlvij.

Restitutio datur minori læso per cōtractum suum. ſ. Restitutio contra contractum. uer. vij. & xxv.

Restitutio in integrum an possit tolli per statutum. Io. An. in c. fi. de app. in vj. in Nouel. & Bal. in Mar. uer. Legatus. uer. pe. in fi. ubi arguit pro & contrà. & s. eo. uer. xvij. quòd sic. Vide Bar. in l. cùm hi. §. si cùm lis. de transact. uide s. eo. uer. xxx.

† Et per Fran. Aret. in l. more. in ij. col. de acquir. hære.]

90 Restitutio datur minori contra præceptum guarentigiæ, licet appellatio non habeat locum. Bal. in addi. Spec. de app. uer. minori xxv. an. in fi.

Restitutio non datur fisco in pœnis, quando iudex condemnauit in minus. l. auxilium. de mino. Bal. in additio. Spe. de accusatore. in vj. col. uer. quid si iudex. Vide contrà per Bar. in l. quid ergo. §. pœna. de infamibus. in iiij. col. in uersic. quæro, utrum iudex. & ibi tenet Ang. & Alex. in d. l. auxilium.

Restitutio datur minori, & prælato ecclesiæ aduersus renunciationem litis. Bal. in l. postquam. in ij. col. in uer. ex ista gl. nota. C. de pact. per gl. ibi.

Restitutio nō datur ad lucrum cum iniuria testatoris. ar. l. sciendum. ex qui. cau. ma. Bald. in l. pupillorum. ad fi. C. de repu. hæred.

Restitutio ad totam causam datur absenti ex causa Reipublicæ, ut possit uti defensionibus suis. gl. & Bar. in l. fi. j. col. uer. uenio ad uer. & nota. ff. de rest. in integ. per l. j. ff. ex qui. cau. ma. & l. qui absente. de procur.

Restitutio minori datur aduersus instantiam peremptam propter absentiā suam. Item datur maiori ex causa. l. ait prætor. §. fi. & ibi Bar. ff. de mino. Sed si dolo partis perempta est, nō datur restitutio, sed actio de dolo. l. arbitrio. §. dolo cuius. & ibi Bar. circa medium. ff. de dolo.

Restitutio non datur aduersus errorem iuris. Bart. in l. cùm fideicommissum. in ult. col. uer. quæro, an aduersus. ff. de con fes. & in l. j. §. j. de separa.

Restitutio datur contra errorem facti, licet de eo quæri non possit per causam sopitam. d. l. cùm fideicommissum. & ibi Bar. in fi.

Restitutio datur ecclesiæ, & fisco, ad inuentarium non confectum, sicut minori. Ang. in authen. ut cùm de appel. cog. §. si unum. in primo notabili.

Restitutio nō datur minori aduersus exceptiones omissas per procuratorem intra terminum statuti, nisi in subsidiū, id est, curatore non reperto soluendo. gl. & Ang. in auth. de hæredi. & Fal. §. illud quoq;. paulo post principium.

100 Restitutio ecclesiæ contra ecclesiam datur intra quadriennium aduersus præscriptionem. gl. magna, in uer. excludun tur. Bal. & doct. in authen. quas actiones. in ij. col. magna, in uer. sexto quęrit gl. C. de sac. san. eccles. Ang. in auth. ut eccle si. Romana. col. ij. in uer. scias tamen. & s. Restitutio quando detur. uer. pen.

Restitutio matri infantis datur, si tutor fuit in culpa, nō adeundo, & tutor non est soluendo, uel si nō habuit tutorem propter absentiam: aliàs secus. Bald. in l. j. §. in nouissimo. in ult. col. C. de cadu. tol. & ibi uide quid de adulto. & per doct. & Bar. in l. qui duos. in ij. col. ff. de rebus dub.

Restitutio datur minori læso per procuratorem in contractu. l. cùm mandato. cum gl. in uer. audiri. & Bar. de mino.

Restitutio datur læso per procuratorē in iudicio, sicut per tutorem, uel curatorem. l. cùm minori. in fi. C. si aduersus rem iud. Quod uerum, secundum Raph. ibi, etiamsi procurator sit soluendo. Sed Alex. de Imol. ibi reprobat per gl. j. in l. cū, qui. ff. de mino. quæ dicit uerum, si procurator non est soluendo: aliàs secus, cùm sit uoluntarius. & l. cum mandato. & ibi gl. in uer. audiri. & Bar. eo. tit. & Sicu. in c. cùm uenissent. de rest. in integ. v. col. in gl. in uerbo, restituimus. & Innoc. in c. suscitata. eo. tit.

Restitutio an detur læso ex negligentia, uel supina ignorantia. Bar. quòd non, in l. j. C. de sent. aduer. fis. la. Cyn. & Bal. contrà in l. j. C. de condi. inde. Vide Bal. in l. j. ad fi. C. de requir. re. & omnino per Alex. in l. j. §. j. ff. ex qui. cau. maio.

Restitutio in integrum non datur minori contra remissionem fideicommissi reciproci collati in tempus mortis. Casus sin. in l. de fideicommiss. in fi. C. de transact. secundum Bal. in l. cùm Archimedoram. in j. col. unum scias. C. ut in pos. leg. & ſ. Restitutio contra contractum. uer. pen.

Restitutio non datur læso modicè, & pro re minima. l. scio. de resti. in integr. Bald. & Petr. de Sun. in l. & in maioribus. C. de appella.

Restitutio datur minori, uel ecclesiæ loco tertiæ appellationis prohibitæ. Bald. & Pet. de Sun. in l. j. in ult. col. uer. sed nunquid. C. ne lice. ter. prouo. l. minor autem magistratus. §. sed & proc. & ibi Bart. ff. de mino. quòd datur restitutio contra duas sententias conformes. & in Specu. de appel. §. quoties. uer. licet. uide s. eo. uer. 50.

Restitutio datur læso propter ferias repentinas, non propter solennes. l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. & ibi Bart. ff. ex qui. cau. maio.

Restitutio pręsenti contra absentem an detur. ſ. Restitutio contra quos. uer. xj. quòd non, nisi quando instantia periret.

110 Restitutio datur hæredi minoris mortui ante aditam hæreditatem. Bar. in l. j. in j. oppo. C. de rest. mil.

Restitutio non datur minori contrahenti cum iuramento. s. uer. Iuramentum seruandum. uer. xxx. & in uerb. Iuramenti effectus. uer. iiij. & uer. xij. lxxxj. & uer. cx.

Restitutio non est necessaria, quando consensus ipso iure non præiudicat. l. ij. & ibi Bal. C. si aduer. dona.

Restitutio non dātur minori matriculato, licet lęso, quia uidetur approbatus, nisi sit læsus in aliquo non concernente artem suam, in qua matriculatus est. Bar. in l. j. uer. & eadem ratione putarem. C. qui, & aduersus quos.

Restitutio non datur minori industrio. d. l. j. & ibi Bartol. circa prin. & doct. C. qui, & aduer. quos.

Restitutio non datur maiori læso in contractibus. l. in contractibus. & ibi doct. ex qui. cau. ma.

Restitutio datur absenti ex causa iusta. l. j. C. ex quib. cau. ma.

Restitutio datur repudianti re integra, id est, bonis non distractis. l. quòd si minor. §. Scæuola. & ibi Bar. ff. de mino.

Restitutio non datur absenti, qui potuit dimittere procuratorem, & non dimisit: uel dimisit, & mortuus est, sed fuerit absens ex causa necessaria. l. sed & si per prætorem. §. aduersus, & ibi Bar. ff. ex qui. cau. ma. & s. eo. uer. xij.

Restitutio competens minori datur etiam successori suo, licet maiori. l. minor autem magistratus. §. fi. de mi.

120 Restitutio competens filio in peculio: competit etiam eius patri succedenti filio ut hæres: non autem ei occupanti peculium tanquam pater. Bar. in l. pater, qui. ad fi. ff. de cast. pecu. post gl. ibi. l. iij. §. Pomponius. & ibi Bar. de mi.

Restitutio non datur in malis moribus. Bald. in l. j. C. de secundis nup. in j. col. uer. item quia in malis moribus.

Restitutio non datur minori contra sententiam præfecti prætorio. in Spec. de iurisd. om. iud. in ij. col. uer. magni sunt.

Restitutio quibus casib. detur ecclesijs tam minoribus, quàm maiorib. in Spec. de off. om. iud. §. j. uer. si uerò. & uer. porrò.

Restitutio non datur minori ratione odiosa. in Spec. de actio. xxj. col. uer. quid si filiusfam. egit.

Restitutio

Restitutio quandoq; datur ad producendum nouos testes. in Spec. de teste. §. iij. in ult. col. uer. item nota.

Restitutio datur minori, uel ecclesiæ contra cessionem causæ in potentiorem factam, & læsis. in Specul. de cess. act. §. j. in j. col. §. quid si minor.

Restitutio non datur ad lucrum cum aliena iactura. l. si is qui. de fur. l. sciendũ. ubi Bar. in l. fi. ff. ex quib. cau. ma. nisi agatur contra uiolentum, & modici dies supererant ad præscribendum. gloss. in l. j. §. rectissimè. de ui, & ui ar. & Bar. in l. j. C. de anna. excep. ij. col. uer. fallit solum, cùm agitur. & uide s̃. eo. uersic. v.

Restitutio quando denegatur minori, fortius denegatur impedito causa Reipub. gloss. in l. necnon. §. qua clausula. ex qui. cau. ma. Bald. in l. in contractib. in prin. C. de non nume. pe. & probat in l. fi. ibi. Bal. ff. de iureiur. Sed gl. uerior est in contrarium in l. cùm quidam. de acquir. hære. & Bart. in l. si qua militi. ex quibus cau. ma. & Alex. in l. cùm filius. §. in hac. de uerb. oblig.

Restitutio an detur doctori læso circa concernentia professionem. s̃. uer. Doctor. uersi. cxij.

Restitutio in integrum datur hospitali læso, sicut ecclesiæ. Io. And. in c. ij. de rest. in integrum. in vj. in Nouel. Sicul. in c. ij. in ij. no. de consue.

130 Restitutio datur læso contra ea, quæ nimis properè facit iudex. in Spe. de primo & secundo decr. §. nunc dicamus. uer. scias ergo. ibi: in causæ autem cognitione.

Restitutio non datur, alias iterum restitutio. in d. §. scias ergo.

Restitutio minori, & ecclesiæ, in quibus casibus detur. in Spe. de rest. in integ. §. vj. per totum. & s̃. eo. uer. cxxiij.

Restitutio contra quos detur, uel non, uide j̃. eo. per totum. & in uer. seq.

Restitutio in integrum datur contra hæredes. l. cùm miles. in prin. & ibi Bar. ex quib. cau. ma.

Restitutio datur etiam contra præsentem, qui ex causa non fecit potestatem agendi secum. l. ait prætor. in prin. & ibi Bar. ff. ex quib. cau. ma. Item contra eum, qui non patitur secum litem contestari. d. l. ait prætor. §. fi. & ibi Bar. in prin.

Restitutio datur contra quemcunq; possessorem. l. in causæ. §. fi. la j. ff. de mino. & ibi per Bar. plenè. & not. in l. minor. ff. de euictio.

Restitutio non datur filio contra patrem, cum quo contraxit. j̃. Restitutio ad contractum. uer. viij.

Restitutio non datur cõtra statutum, quòd uir lucretur totam dotem præmortuæ uxoris. Bal. in l. j. in ij. no. C. si aduer. dotem. per l. si sine. §. Lucius. ff. de admi. tu.

Restitutio datur creditori contra debitorem, dolo debitoris. l. antepe. ff. de dolo.

Restitutio datur contra pupillum, qui quæsiuit ex contractu facto cum falso tutore: quo casu pupillo nõ tenetur restitutus ad sumptus litis. Ita Bart. in l. nouissimè. ff. q̃d fal. tu. autho.

Restitutio contra dolum, etiam in omittendo, non datur. Bal. in l. pupillorum. in fi. C. de repu. hære.

Restitutio datur contra eum, qui in ius uocari non potest. l. sed & si per prætorẽ. §. hæc clausula. & ibi Bal. ff. ex qui. cau. ma.

Restitutio præsenti contra absentem non datur, nisi quando periret actio, uel instantia. l. ait prætor. in fi. & l. cùm miles. §. item ex reliquis. ubi per Bar. & plenius in l. is, qui rei. per gl. & Bar. in j. col. ff. ex quib. cau. ma.

Restitutio datur domino contra uasallum recusantem iurare fidelitatem. doct. & But. in c. si diligenti. de præscript.

Restitutio contra patrem nõ datur. l. ij. & ibi omnino per Bart. C. qui, & aduer. quos. & in Specu. de acto. in xj. col. uer. item quòd est filius.

Restitutio non datur contra patronum liberto. eo. ti. in xj. col. uersi. item quòd est libertus.

Restitutio transit, & extenditur, uel non. ut j̃. eo. per totum. & s̃. uer. prox. per discursum.

Restitutio contra præscriptionem cœptam cum uno, an detur alteri. j̃. uer. Restitutio contra præscriptionẽ. uer. j. quòd sic.

Restitutio in integrum non transit ad defensorem sine mandato. l. eum, qui. & ibi Bar. ff. de mino.

Restitutio est beneficium personale, quia non transit ad fideiussorem, sed est reale: quia transit ad hæredes. Bart. in l. fi. in j. col. in fi. uer. sed contra hoc. C. de fideius. mino. & s̃. uerbo, Restitutio in integ. uersic. iij. & Bald. in l. j. in iiij. not. C. si aduer. dotem. Quod dictum est de fideiussore, probatur in l. j. ubi Bald. eod. tit. & l. Marcellus, cum gl. magna in uer. hoc ergo casu. ff. de fideiuss. nisi dolus patris interuenerit. d. l. j. ubi Bal. in prin. & Bar. in prin. Item nisi in fideiussore pupilli. l. si pupillus. & ibi Bart. de acquir. hære. & l. minor. & ibi Bart. in prin. ff. de procur. ubi j̃. Adde, quòd prodest fideiussori iudicij, nõ cõtractus. Bal. in d. l. fi. in uer. deinde oppo. el j. Addo Bar. in d. l. minor. in prin.

Restitutio in integrum transmittitur ad hæredes. l. non solùm. ff. de restit. in integ. Bart. in d. l. fin. de fideiuss. mino. & quod not. in l. Pantonius. ubi Imol. & Paul. de Castr. ff. de acquir. hæred. in l. minor autem magistratus. §. fin. ff. de mino. in l. j. C. de rest. mil. Bald. in l. si intra. C. de restit. in integr. Paul. de Castr. tenet in l. si infanti. C. de iure deli. ubi Bar. in pen. col. in uersic. ultimò aduerte, & ibidem omnino per do. Alexan. Imol. & alios modernos in pen. col. in uersic. extrà gloss. tractat Bart. Sed ibi Rapha. contrà, & per Bald. in l. cùm antiquioribus. in ult. col. uer. secundò autem casu. C. eod. tit. Et si hæres est minor, non currit ei tempus. Glo. magna. & Bar. in l. interdum. ad fin. ff. de mino. & infrà uer. ix. Et dic transmitti, nisi hæres approbauerit gesta minoris læsi. gloss. sing. in l. paterfamil. ff. de priuileg. cre. in gloss. magna. & Ludo. Pont. in fin. uerb. restitutio in integrum. Item nisi minor decedat in puncto, quo expirabat beneficium restitutionis in integrum: quia tunc non restituitur hæres. gloss. & Bart. in l. non solùm. de restitu. in integrum. & s̃. uer. præce. Addo ad primum dictum suprà, uerb. Restitutio quibus. uersic. lxv. cum duobus sequentib. & Paul. de Castr. in consi. cccxxxix. quod incipit, Primum dubium. & dom. Alexan. in consil. xx. quod incipit, Viso processu causæ. in ult. colum. & s̃. uerb. Minor restituitur. uersic. xxij. cùm his, quæ ibi addidi post authorem.

Restitutio concessa minori circa sortẽ, non extenditur ad usuras. l. fin. in fin. ff. de condi. inde. Quod est uerum, si concedatur à iudice: secus, si à lege, id est, ipso iure. C. de hære. in authen. idem de Nestorianis. Item nisi aliàs restitutio esset inutilis. Io. de Pra. in d. l. fi.

Restitutio concessa minori in re indiuidua prodest etiam socio maiori. gloss. in l. j. in uerbo, patrocinari. C. si in communi causa in integrum restitutio postul. per l. loci. §. si fundus. ff. si seruitus uendi. Sed doctores ibi contrà, & dicunt uerum, nisi ratione connexitatis, secundum Floren. in d. §. si fundus. uide Bartolum in d. l. j. in uersic. ad tertium notabile.

Restitutionis causa incœpta non impeditur morte rei conuenti. l. si intra. & ibi Bar. C. de rest. in integ.

Restitutio transit ad hæredem, cui non currit tempus nisi finita minori ætate. l. minor autem magistratus. §. non solùm. & ibi Bar. ff. de mino. Bar. post gl. magnam in l. interdum. ad fi. eo. tit. & in l. si minoris. ff. de admi. tuto. & ult. col. uersic. sed tunc instatur.

10 Restitutio concessa fideiussori, non prodest reo principali. l. j. C. de fideiussori. minorum. Addo gl. & Bart. in pen. quæst. in l. fi. eo. tit. l. iij. §. sed utrum. de minor. l. minor. la ultima. in prin. & ibi Bar. eo. tit.

Restitutio prodest etiam hæredibus restituti. Bal. in l. j. C. de fideiusso. mino. per l. nõ solùm. de restit. in integ. l. j. & ibi Bal. in iiij. not. C. si aduer. dot.

Restitutionis beneficium cedi potest. l. si minoris. & ibi Bar. in prin. & ult. col. uer. secundo modo legitur. ff. de administr. tut. l. quod si minor. in prin. & ibi Bar. de mino. Bal. in l. non solùm. in j. no. ff. de resti. in integ.

Restitutio contra sententiam uidetur etiam data contra executionem sententiæ. l. si ex causa. in prin. & ibi Bar. de mino.

Restitutio non extenditur ad præiudicium tertij. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. in v. col. uer. quæro, quid si filius. & s̃. Restitutio à quibus. uer. ix.

Restitutio data uni non prodest alteri correo. l. fi. & ibi Bar. C. si unus ex pluribus appella. licet in appellatione secus. ut j̃. eo. uer. fin.

Restitutio unius an noceat alteri. Bart. in l. ex duob. in ult. col. in prin. xiij. q. ff. de duo. reis. quòd sic. nisi ut ibi.

Restitutio concessa filiofa. minori non porrigitur ad patrem. j̃. uerb.

j.uerb.Restitutio contra cõtractum.uersic.x.& s.Restitutio quibus,uer.xxiij.

Restitutio concessa minori,prodest aduersario, nisi eius dolo fuerit læsus minor.tex.fin.secundum Bart. in l. qui res.ff.de sol.Alex.in l.j.§.renunciatio.in fi.de oper.no.nuncia.

Restitutio in integrum concessa uni,nõ extenditur ad socium eiusdem litis,nec ad accessoria specificè non deducta.Bal.in addi.Spec.de resti.in integ.uer.singulare ius.l.fi. & ibi Bart. C.si unus ex plu.appel.& s.eo.uer.xv.

Restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse uidetur,datur etiam maioribus xxv. annis.l.j.ff.ex qui.cau.ma.de qua per Spe.plenius in tit.de loc. §.vj.uersi.xv.& sequenti.& de instru.edi.§.fi.in pen.col.uer. quid si hæres.& j.eod.uer.seq.& in d.tit. ex quibus cau.ma. per totum.

Restitutio ex clausula generali datur ei,cui non est facta editio contra uolentem edere aduersus sententiam, ut reponatur in pristinum statum,si is qui uoluit edere, est soluẽdo interesse.Bar.in l.argentarius.§.fi.de eden. Innoc. in c.præterea. de dila.ult.col.magna,in prin.uer.sed si iudex.

Restitutio ex clausula generali datur carcerato. s. Restitutio. uer.xxxv.

Restitutio ex clausula generali datur hæredi ponenti in inuentario res non ponendas per errorem,uel hæredi non ponenti res ponendas.Ang.in l.j.§.hæc stipulatio.antepe. col. ff. si cui plus,quàm per legem Falc.

Restitutio ex clausula generali datur contra sententiam gratiosè latam ex illo capite,ne fiant illicitæ retentiones,quando uictus fuit inscius,uel negligens : ut quia non uidit acta: uel si uidit,non appellauit. Bald.in l.j.iiij.oppo.C.de condi. inde.Contra Bart.in l.seruo. §. cùm prætor.in ult.oppo.ubi dicit negligenti non dari eam.ad Treb. & j.uerb. Restitutio contra sententiam.uer.xxxiiij.& seq.

Restitutio ex clausula generali non datur læso per suum consensum,etiam dolo extortum.gloss.in uer.in admittenda.& Ang.in l.j.§.si quis.ff.de dolo.

Restitutio ex clausula generali datur hæredi aduersus non aditam hæreditatem per ignorãtiam post triginta annos. Lud. Pon.in l.fi.C.unde cog.per no. per Bart.in l.j.§.si propter.ff. de iti.actuq; priua.per glos.in l.si sic.in uerbo,seruitus est.ff. quemad.ser.amit.& in l.sicut.de præscript. xxx. anno. Sed uide Ang.de Vbal.moder.in rubr.C.qui admit. xv.col.Item præscriptionem decursam contra impeditum de facto, non de iure:s.Præscriptio contra quos.uer.iij.& uer. Restitutio quib.uer.xxxv. & j.uer. Restitutio contra præscriptionem. uer.vij.Sed an si non fuit adita per restitutionem.Alex.con. lxij.ij.parte.

Restitutio ex clausula generali contra sententiam datur impedito producere testes,uel instrumenta,si iudici ante sententiam allegauit impedimenta.Innoc.singulariter in cap.ultra tertiam.circa medium.in uer.sed dices.de testi. in Specu.de execu.sent.§.postremo.in iiij.col.uer.illud.Paul.de Castr.in l.Imperatores.ff.de re iud.& ibi per Rapha. Cu.& doct.moder.& Salic.& Pet. de Su.in l.sub specie.C.eo.tit. & per Bar. in l.j.C.de sent.aduer.fis.latis.lib.x.in j.col.in fi. in uer. item in id,quod dicit gl.

Restitutio ex clausula generali datur,cũ debitor ad diem moritur ante diem:quia etiam nõ adita hæreditate pœna committitur.in Spec.de loca.§.vj.& uer.xix.

10 Restitutio ex clausula generali datur cõtra præscriptionem ignoranti decursam.j.uer. Restitutio contra præscriptioné. uersic.ij.

Restitutio in integrum ex clausula generali, hodie est parum in usu.in l.ij.ff.ex quibus cau.ma.Alexan.in l.admonendi.ff. de iureiur.

Restitutio ex clausula generali contra sententiam propter instrumẽta de nouo reperta,datur intra quadriennium.s. uer. Restitutio quando.uer.xxiij.Item ad producendum instrumenta reperta post conclusum in causa.Cy.in l.j.C.de condi.inde.Io.And.post Spec.de sent.excom.§.fin.uer. illud.& Bar.in l.j.C.de sent.aduer.fis.lat.lib.x.Io.de Imol.& Alex.in l.Imperatores.de re iud.

Restitutio ex clausula generali non datur contra præscriptionem triginta annorũ.Alex.in l.cùm filius.§. in hac.de uerb. oblig.Ioan.de Imol.in c.fi. de præscriptio. & Abb.in c.uigilanti.eo.tit.

Restitutio in integrum ex clausula generali, an detur hæredi aduersus pœnam commissam cõtra hæreditatem iacentem: suprà,Hæreditas iacens.uersic.xviij.Item aduersus præscriptionem completam cõtra hæreditatem iacentem.Ang.no. in l.sed si in conditione.§.seruus.de hære.instituen.& Alex. in l.si cõstante.§.j.solu.matri.Adde j.Restitutio contra præscriptionem.uer.v.

Restitutio ex clausula generali datur, ut testes iterum examinentur,quando attestationes sunt perditę ante sententiam. Item ut testes recipiantur, quos ultra numerum productos iudex noluit admittere,pro refrenãdo numero eorum,si alij admissi plenè non probauerunt.Innoc.in c.auditis.de resti. in integ.& in c.cõstitutus.in gl.in uer.aperire.de test. & Bal. in Mar.Attestationes.uer.fi.

Restitutio ex causa iustæ ignorantiæ potest peti.Bal. & Nicol. de Neapol.in l.si falso.ff. quod fal.tu.au.& s. Restitutio quibus.uer.lxxx. Sed non ex causa ignorantiæ supinæ, nec ex causa negligentię,de quo uide omnino per Alex.in l.j.§.j.ff. ex qui.cau.ma.

Restitutio ex clausula generali contra læsionem ex iusto errore datur.Bar.in l.j.in fi.ff.de rest.in integ.

Restitutio contra contractum quando detur, uel non. j.eodem.& s. uerb Restitutio quibus. uersic. lxxxj.

Restitutio datur etiam aduersus contractum bonæ fidei. l. tutor.in prin.ff.de mino.

Restitutio ad partem contractus facit eum cessare in totum, si pars uelit ab eo recedere.d.l.tutor.§.curator. & ibi Bartol. de mi.

Restitutio datur contra pactum circa dotem positum. l. pen.§. mulieri.& ibi Bar.ff.de mino.

Restitutio petita aduersus contractum,debet dari etiam aduersus pacta posita iuxta contractum, no. in l. fundi partem.de contrahen.emp.

Restitutio non datur minori, si creditor probet pecuniam mutuatam esse uersam in utilitatẽ minoris. l.j. C. si aduer. cred. & no.in l.nam & postea.§.si minor.de iureiur.

Restitutio datur minori contrahenti,etiam cum decreto iudicis.l.ij. C. de fideius. mino. sed non datur contrahenti cum præcepto iudicis. l.ait prætor. §. permittitur. de mino.uide l.ij.& ibi Bartol.C.si tutor,uel cura. & Paul. de Castr.consil. ciiij.quod incipit,Non dubium.Adde Panor. in c.cùm causa.de empt.& uend.& s.in uer. Restitutio quibus. uer.xviij. & j.eo.uer.cxxv.

Restitutio non datur filio contra contractum cum patre initũ. l.fi.& ibi Bar.& Bald. C. qui,& aduer. quos.Quod intellige, quando filius est emancipatus, aliàs nõ teneret contractus, ut ibi Bald.in fin.

Restitutio datur filiofam.minori ad cõtractum,etiam iussu patris initum,sed non porrigitur ad patrem.l.si cum mandato. ff.de mino.Addo textũ in l.iij.§.sed utrũ.& ibi Bart. in prin. ff.de mino.& s.Restitutio quib.uer.xxiiij.

10 Restitutio non porrigitur ad patrem ex persona filij læsi per contractum iussu patris initum.l.iij.§. sed utrum. & ibi Bar. in prin.ff.de mino. Quod est uerum ob ætatem filij, sed propter absentiam sic.Vnde

Restitutio ex persona filij absentis datur patri, quamuis non daretur propter ætatem.l.cùm quidam.in prin. de acq.hær. & d.§.sed utrum.ubi Bart.in j.col.in fi.& s.Restitutio quib. uer.xxiij.& seq.

Restitutio non datur contra naturalem obligationem tantùm. Bar.in l.minor.in ij col.in prin.ff. de procur. & s.in uer.Restitutio quibus.uer.xlij.

Restitutio datur minori læso in cõtractu, non in ultima uoluntate.l.fi.C.si quis ali.test.prohi.Bar.in l.j.§. fuit quæsitum.in antepen. quæst. ad Treb. doct.in l. si frater. C. qui test.faco. pos.& s.Restitutio quibus.uer.lj.

Restitutio non datur minori ad contractum per ipsum approbatum.Bar.in l.Iulia.§.si quis.el j.in fi.ff.de act.emp.

Restitutio non datur contra contractum ratificatum in maiori ætate tacitè,uel expressè.l.j.C.si maior factus ra.hab.& ibi Bar.& doct.

Restituti

Restitutio non datur minori contra contractum iuratum, etiamsi non certioratus renunciauit. suprà, Minor restituitur.uer.xxiiij.

Restitutio in integrum non potest concedi per iudicem minorem contra sententiam latam à minore. Alex.post Bartol.& Raph. in l.nam & postea.§.si minor.de iureiu.

Restitutio non datur per iudicem laicum contra contractum alienationis rei ecclesiasticæ, in quo episcopus decretũ interposuit.Ful.&Ale.in l.nã & postea.§.si minor.ff.de iureiu.

Restitutio datur cõtra uenditionem factam per negligentiam commissam tempore absentiæ iustę.l.si cum militaribus.C. de rest. mil.

20 Restitutio contra donationem moderatam nuptialem factã de rebus, quæ seruari non possunt, non datur. l.j.& ibi Bar.C.si aduer.donatio.

Restitutio datur cõtra cõsensum.l.ij.& ibi Bart.C.si aduer.do.

Restitutio nõ datur absenti contra contractum.l. quæ à patre. & ibi Bar.C.de rest.mil.

Restitutio non est necessaria pupillo contra contractum falsi tutoris,quia est ipso iure nullus.Nic.de Neap. in l.j.ff. quod fal.tu.Adde no.per ipsum in l.nouissimè.eo.tit.

Restitutio contra diuisionem an detur.s̄.Restitutio quibus detur. uer.lxxxij.quòd non.

Restitutio datur contra contractum, etiam cum authoritate tutoris,uel curatoris initum à minore.Pau.de Cas.cõs.ciiij. incip. Non est dubium.& in tit. C. si tutor uel cura. inter. & ibi Bar.& doct.s̄.eo.uersi.vij.

Restitutio non datur minori contra transactionẽ de fideicommisso reciproco.Bald.in l.cùm Archimedoram.C.ut in pos. leg.in j.col.uer.unum scias.& s̄.Restitutio quibus.uer. cv.

Restitutio non datur maiori contra contractum.l.in contractibus.& ibi doct.C ex qui.cau.ma.

Restitutio contra iuramentum proprium, id est à se susceptum,non datur, sed contra iuramentum alteri delatum sic.l. nam & postea. §. si minor. & ibi Bart.ad finem.ff.de iureiur.& Bald.in c.item sacramenta.in prin.de pace iur.fir.

Restitutio contra iuramentum delatum per tutorem datur pupillo propter probationes superuenientes ei,si tutor nõ habuit necesse litem mouere, & sic fuit in culpa, mouendo litem,cùm probationes nõ haberet:aliàs secus.Ale.post Pau. de Cast.in l.tutor. in prin.de iureiur.

Restitutio puberi non datur contra proprium iuramentum.in † Spec.de emp.& uen.§.iiij.in j.col.in fi.uer.illud. † Et omnino do.Fran.Aret.in l.sciendum.de uerb.oblig.in v.col.

Restitutio contra confessionem factam à pupillo,etiam cum authoritate tutoris,datur.l.certum.§.in pupillo.& ibi Bar.& doc.ff.de confes.post glo.ibi.

Restitutio non datur minori contra confessionem factam in delictis atrocibus.Bart.in l.auxilium.ff.de mino.in uer.nota ex hac lege.

Restitutio non datur contra confessionem erroneam. Flo. in l.proinde. §.si procurator.ff.ad legem Aqui.licet appellatio sic.Bal.in l.ij.C.de erro.aduo.in j.co.in uer.tertiũ exemplũ.

Restitutio contra confessionem datur, etiamsi falsitas probari non possit.per Alex.in l.nam & postea.§.si minor.de iureiu.

Restitutio datur minori confesso delictum contra confessionem,si aliter de delicto non constat.Angel.in l. certum.§.in pupillo. ff. de confes. Alex.in l. nam & postea.§.si minor.de iureiur.ubi etiam dicit,quòd quando minor contra confessionem habet probare de lęsione,sufficit probare per unum testem:quia eo ipso, quòd apparet habere unum testem, & sic habebat præsumptionem pro se, est læsus,si illi præsumptioni derogauit per confessionem.Bal.sing. in l.j.xvij. col. & ibi Sali.C.de confes.

Restitutio datur minori contra confessionem tutoris,uel curatoris. Bald. in l. ij. §. quod obseruari.iij.col.uer.quartò quæro.C. de iur. cal.Sed caue,quia de restitutione nullũ uerbũ.

Restitutio contra confessionem an detur ecclesiæ.s̄.uerb.Ecclesia.uersi.lxvj.

Restitutio datur contra confessionem fundatam super falso. l. qui agnitis.de except.l.diuus.de re iudi.secundum Bald. in addi.Spec.de execut.sen.uersic.sed quomodo possunt. ubi etiam dicit esse necessariam restitutionem, quando falsitas est participata cum parte: aliàs autem datur actio, & exceptio,per l.qui nomine.de fal.Cyn.in l.j.& in l.satis. C.de fal. secundum eum.

Restitutio datur contra exceptiones omissas dilatorias, uel peremptorias, in causa ciuili,uel criminali, & ad testes post publicatas attestationes producendos, & ad allegationes omissas,quando litigauit quis per procuratorem, non quando per se cum iuramento, uel per procuratorem constitutum cum iuramento, & hoc incidenter ante sententiam sine libello, uel post sententiam principaliter cum libello.Bar.in l.minor xxv.an.omissam. post glo. in uerbo, allegationẽ. de minori.& quod per Bart.in l.minor. autem magistratus.§.si autem.uer.item not.ff.eo.tit.

Restitutio datur cõtra exceptiones omissas per ignorantiam. c.coram.de rest.in integ.Io.de Pra.in l.qui procuratorem.§. si quis omiserit.de procurator.

Restitutio datur contra exceptiones iustas,non omissas,si opponens obtulit se probaturum eas, uel secus: tamen si non obtulit se probaturũ,uel si ipsæ oppositæ sunt iniustæ.Bart. in l.ij. ff. de restitu. in integ. circa medium.& uer.& per hoc aduerte.

Restitutio datur ecclesiæ non admissæ ad opponendum contra rescriptũ.Io.And.in c.j.de resti.in integ.li.vj.in Nouella.

Restitutio ad opponenda crimina, uel defectus,non datur minori,uel ecclesiæ.Bal.in addi.Spec.de resti.in integ.uer.nec ecclesia.& s̄.Restitutio quib.uer.lxxvij.

Restitutio ad opponendum exceptiones debet dari, si exceptio sit iusta.Bal.ubi s̄.uersi.si petitur.

Restitutio non datur ad exceptiones omissas per curatorem intra terminum.s̄.Restitutio à quib.uer.xcix.

Restitutio ad terminum probatorium elapsum,uel aliũ, debet dari probato lapsu termini, si probatio sit iusta.Bald.in addi.Spec.de resti.in integ.uer.si petitur.& ibi Specul.in §.fin.in xiiij.col.uer.illud quoque.& Bart.in l. nam & postea.§.si minor.in ulti.col.uer.item per hoc habes. ff. de iureiur. quod non sufficit probari lapsus termini, nisi etiam probetur læsio.

Restitutio ad terminum præfixum per statutum ad accusandum,non datur minori.Bal.in l.fi.ulti.col.C.in quibus cau. in integ.resti.non est neces.Alex.in l.auxilium.de mino.

Restitutio in integrum datur aduersus instantiam dolo partis. Alex.post Bart.in l.hæredibus.§.dolo.de dolo.& per glo.& doc.in c.cùm uenerabilẽ.de iud.& s̄.Instantia.uer.lxxxiij.

Restitutio ad terminum opponendi dilatorias non datur, nisi æquum iudici uideatur.Car.in cle.j.xv.q.de rest.in integ.

Restitutio ad terminum peremptorium datum ad opponenda crimina non datur. Card.in cle.j.xiiij.q.de resti.in integ. contra.s̄.§.Restitutio quando.

Restitutio ad terminum elapsum datur ad tantundem, quantum fuit tempus læsionis. Cardin.in cle.j.vij.no.de restit.in integ.& in viij.q.

Restitutio ad lapsum termini datur.gl.in clem.j.vij.q.per Car. de restit.in integ.quæ gl.ponit exempla.

Restitutio aduersus lapsum instantiæ an detur ecclesiæ. s̄. Ecclesia.uer.xxxvj.

Restitutio ad terminum rescripti non præsentati datur. s̄.Rescriptum.el j.uer.pe.& in uer.Rescriptũ præsentatur.uer.ij.

Restitutio non datur minori ad terminum instantiæ elapsum, nisi in subsidium, id est, curatore non existente soluendo. gl.sing.in uerbo,nihil.& Ang.in §.illud.circa princ. in auth. de hære.& Fal.

Restitutio ad unam diem læsionis potest peti etiam aduersus modicum tempus ante diem sibi præfixam ad petendũ restitutionem,intra quod se præparauit.Bart.in l.ab hostibus. §.sed quod simpliciter.in ij.col. in uersi. ex hoc etiam debet dici.ff.ex qui.cau.ma.

Restitutio aduersus lapsum fataliũ est modici præiudicij. Pet. de Anch.in consil. lxxxiij.incip.In causa,& quæstione,quæ inter uniuersitatem,&c. Ludo.in sing.uer.Fatalia.uer. Restituere. nec requiritur ordo iudicij.Barto.in auth.item si.uer. sed aduerte.C.de temp.appel.

Restitutio ad probandum potest dari post attestationes publicatas,quę prodest etiam aduersario.j.uer.Testes post publi.

procu. in uersi. j. in ij. col. & debet dari, saltem summariè, constito de læsione, & interesse petentis: sed secus, si petatur cōtra sententiam, uel contractum, quia debet plenè constare de læsione. Bal. in addi. Spec. de resti. in integ. uer. si petitur. & Bal. in c. ij. in pe. col. in uersic. quæro, utrum post didicita. quid sit inuest. Et datur minori. Bald. & doct. in auth. qui semel. in j. col. uersi. quinto fallit. C. de proba. & in d. l. petendæ. per Bar. ad fin. uer. item per hanc legem. C. de tempo. in integrum restitutio. pet.

Restitutio datur ecclesiæ ad producendum testes post publicatas attestationes, si constet læsio, & de subornatione non timeatur. Car. in cle j. xvj. q. de rest. in integ. datur ad producendū alios testes, si primò producti sunt repulsi exceptione excommunicationis, uel aliàs, uel ad producendum eosdem, cessante impedimento. ut ibi. q. xvij.

Restitutio ad probandum debet dari, si probatio est iusta, & terminus est elapsus. Bald. in d. uersic. si petitur.

Restitutio ad audientiam, uel ad probationem cùm petitur, dicitur peti semiplena tantùm restitutio, & ordo iudicij non requiritur, & sufficit præsumpta probatio. Bal. in Marg. uer. Petitio. uer. quinto allegat. Innoc. in c. j. de rest. in integ. qui nihil dicit. & s. Restitutio qualiter. uer. xxxj.

Restitutio datur ad producendum nouos testes. in Spec. de teste. §. iij. in ulti. col. uer. item nota.

Restitutio ad producendum datur post conclusum in causa. c. auditis. de resti. in integrum. & Card. in cle. ij. xiij. q. de testi. ubi ideo dicit, quòd

Restitutio in integrum non datur ad probandum esse publicatas attestationes: de quo aliter dic, ut suprà eo. uer. j. & infrà, Testes post publicationem processus. uer. j. ubi plenè.

Restitutio datur minori ad probandum super accusatione criminali per eum producta. in Spec. de rest. in integ. §. qui autem. uer. sed pone. Io. And. in c. auditis. de resti. in integ. glo. in cle. ij. de procur. Bal. in l. auxilium. de mino. Alex. in addi. ad Bar. in §. nunciatio. ult. col. de oper. no. nunciat.

Restitutio in integrum datur ad probationem necessariam omissam, etiam non probata læsione, ut ad probandum præscriptionem. no: Sicu. in c. suscitata in ij. no. de resti. in integ.

Restitutio contra sententiam latā ex falsis instrumentis datur officio iudicis. Bart. in l. nam & postea. §. si minor. in ij. col. in uer. contra hoc oppo. ff. de iureiuran. Item contra latam ex falsis probationibus. l. diuus. de re iu. c. cùm uenerabilis. de except. in c. licet causam. de proba. & Alex. consi. lij. iiij. parte.

Restitutio contra sententiam latam ex iuramento datur. Bart. in l. admonendi. de iureiur. Bal. in l. j. j. col. in prima oppo. C. de condi. inde. Quod uerum est, secundum Raph. Fulg. ibi, intra triginta annos, licet non sit necessaria, secundum Gul. & Ang. uide in l. si prætor. §. Marcellus. de iudi. & in l. diuus. de re iud.

Restitutio datur contra sententiam latam per errorem. l. seruo. uer. cùm prætor. ad Treb. Bald. in l. diuus. in j. col. in uer. oppo. de quadam. gl. ff. de re iudi. & per Bart. in l. pe. in fi. co. in uer. item nota limitationem. ff. de confes. Item contra sententiam latam ex confessione erronea. l. pe. per gl. & Bar. ff. de confes. & Bar. in l. non fatetur. eod. tit. & in l. error. de iur. & fac. igno. Alex. in d. consi.

Restitutio contra sententiam, qua declaratur priuilegium fori non competere, non datur. Inn. in c. coram. in j. col. in gl. sua, in uerbo, interlocuti. de resti. in integ. Ang. & Pet. de Sun. in l. ij. §. conuenire. de iud.

Restitutio contra sententiam interlocutoriam latam ex falsis probationibus non datur, nisi tractetur de magno præiudicio. Inn. in c. coram. de resti. in integ. in gl. sua, in uerb. interlocuti. doc. & Pe. de Sun. in l. si prætor. §. Marcellus. de iud.

Restitutio datur contra sententiam latam odio uel amore. d. l. seruo. §. cùm prætor. & ibi docto. & Bart. in ulti. oppo. ff. Trebel. doct. & Pet. de Su. in d. l. si prætor. §. Marcellus. non si lata est dolo, uel culpa lata. glo. in d. §. cùm prætor. in uer. authoritatem. & Bal. in l. j. iiij. oppo. C. de condictio. indeb. & suprà, Restitutio ex clausula generali. uersi. v. & infrà eo. uersic. xxiiij.

Restitutio datur contra sententiam latam, prætextu fasarum probationum, etiamsi pars, pro qua lata est, uelit docere de ueritate aliarum probationum, & per alias ueras probationes uelit iustificare sententiam ipsam. Glo. ultima. Bar. & docto. in l. si is ad quem. in uer. pro cuius declaratione. ff. de acqui. hære. Bal. in l. j. C. de condi. inde. in ij. col. in uer. ultimo opp. Pe. de Su. in d. §. Marcellus. tenet cōtra. Bart. per gl. ibi, quod non possit iustificare. Adde Bar. in l. diuus. in fi. ff. de re iudi. & j. Sententia ex falsis. uer. iij. & s. Probatio. uer. xx.

Restitutio datur filio contra sententiam pro patre latam. l. ij. per gl. in uerbo, exhibebit. & doc. C. si aduer. rem iud.

Restitutio contra laudum, coràm quo petatur. s. Restitutio à quibus. uer. vj.

10 Restitutio contra sententiam potest incidenter peti, etiam per procuratorem, sine speciali mandato, non autem principaliter. suprà, Mandatum speciale. uer. xx.

Restitutio contra sententiam non potest peti, quamdiu potest appellari. Rota in deci. ccxxviij. si contra. in nouis.

Restitutio contra sententiā diffinitiuam an requirat libellum & litis contestationem. s. uerb. Restitutio qualiter. uersic. ij. & xv.

Restitutio contra decretum iudicis datur, sed non appellatio. Bald. in l. j. uer. sed hîc quærit Iac. de Areti. C. de contrahen. emp. per l. ait prætor. §. permittitur. de minoribus.

Restitutio non datur contra tres sententias conformes, nisi constet de iniustitia earum. Rota in deci. ij. aduersus. in nouis. contra Spec. de appel. §. viij. quòd datur restitutio in integrum loco tertiæ appellationis. & infrà eo. uer. xxxij.

Restitutio potest peti contra sententiam, etiam pendente appellatione. s. Restitutio quando. uersi. viij. & seq.

Restitutio non datur procuratori minoris, uel ecclesiæ contra sententiam super mandato latam. Barto. in l. Pomponius. §. rati. in ij. col. in uer. sed opp. & uidetur. ff. de procuratorib.

Restitutio contra tres sententias conformes quando detur. s. uer. Restitutio quando. uer. x.

Restitutio an detur contra sententiam, à qua non potest appellari. s. uer. Restitutio quibus. uer. liij. quòd non.

Restitutio in integrum contra sententiā arbitri datur, nisi statutum dicat non posse aliquid opponi contra eam. j. Sententia arbitri. uer. ultimo.

20 Restitutio ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa, &c. datur contra sententiam propter probationes de nouo repertas, quando non competit regressus contra alium. j. uer. Sententia retractatur. uer. xxvij.

Restitutio contra sententiam datur ex nouis probationibus, si non opponitur, quòd sententia transiuit in rem iudicatam. Alex. consi. lij. Callimachus, & c. iiij. parte. Inn. & docto. in c. cùm dilecta. de rescrip. & in c. fraternitatis. de frig. & malef.

Restitutio contra sententiam an suspendat executionem. infrà, Restitutionis effectus. in uersi. ij. ubi plenè quòd sic.

Restitutio datur contra sententiā latam contra fiscum absente aduocato fiscali. Bar. in l. j. in j. q. C. de sen. aduer. fis. lat. li. x.

